Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Itinerarium Wolradi vomitis a Waldeck in profectione Augustana, anno domini 1548 - Cod. Durlach 20

Wolrad <II., Waldeck, Graf>

[s.l.], [nach dem 20. März 1566]

urn:nbn:de:bsz:31-235545

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Cod. Durl. 20.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

iudicium Buceri de Comite Wolrado vid.
Seckendorfii Hist. Lutheranismi p. 620.

Ist von meinem Vater zur Fortsetzung seiner
Beiträge benutzt.

Molter

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

CONFIGE DOMINE TIMORE TVO CARNES MEAS.

Carnes ô DEVS alme tuo confide timore
Nostras peccatis membraq; prava neca
Iustitiæ vt semper valeamus dans pice christo
Vincere qui in ligno, crimina nostra tulit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

ITINERARIVM WOLRADI COMITIS A WALDECK IN PROFECTIONE AVGVSTANA, ANNO DOMINI 1548

12 Martij exhibita est citatio Caroli Quinti Cæsaris Augusti qua dictus Comes Wolradus ob malevolorum invidiam citatus fuit.

3. Aprilis Corbachio Waldecciam profecti ibidem Comites philippum juniorem et Joannem fratres et nepotem præstolantes. Faxit Christus opt: max: vt fausta sint omnia

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

April

4 Aprilis Philippus et Joaes fratres nostri et Samuel Nepos, Hermannum à Wolmerhausen, Joannem Michlingum à Schonstad seniorem, Henricum Volhum a Waldeck Vuendelinum Carbonarium philippo et Joai fratribus à secretis, Hermannum Nellium Speranlem Wolrado, et Joannem Haghen philippo seniori Comiti à Waldeck à secretis, in consilium adhibentes, de mole negotiorum, ac an Comiti Samueli quod non citatus esset, utile foret, nobiscum Augustam proficisci. Nobis autem non parvas ob causas, instantibus, ut domi maneret tamen pervicit patris ipsius praeceptum, ac Samuelis voluntas, ut nobiscum profectionem susciperet,

5 Aprilis charissima relicta uxore, ad Fuldaevadum vulgo zur Uhar, Eubulus contendit, ubi Dominam socrum de Scharhburgh reperit, quae viaticum in itinere dedit florenos mille, caeteri autem comites in Heyda olim virginum Vestalium coenobio, pernoctati sunt.

6 Aprilis Eubulus socrui bene precatus eam Waldeccum ad uxorem et filiam misit, ipse cum caeteris Comitibus Marxsulam proficiscitur.

Inter Uhar et Heydam Joanni Michlingo seniori et Hermanno Nellio Speranti, rerum domesticarum ac Regionis curam, commendans,

In Heyda quoque fratribus dati sunt per Hermannum centum et sexquicentum taleri in subsidium annui reditus, qui nunc matris victilitijs exilior redditus est.

Marxsulae, à pandocheo cui nomen Otto Schenck fratres nepos et ego, infantem, quem illi uxor sua eo die peperat e sacro fonte levare rogati sumus, puero nomen inditum Gottschilff.

7 Aprilis à Marxsula, Meiningam contendimus, quo cum pervenissemus a Dnis de Henneberg Massfeldiam accersiti, apud quos et coenati sumus et pernoctavimus, Est enim Meiminga Ditionis Henneberga, olim et Dioceseos et Dominij Herbipolensis,

8 Aprilis, quae erat Dominica quasimodogeniti Masfeldae, concionem sacram Magistri Philippi Ecclesiastae Aulici audivimus, qui prè pariter ac doctè ex cap. Ultimo Joanis de sollicitudine Christi Domini & Soteris nostri pro suis illi fidentibus de ablegatione Apostolorum, de potestate remissionis peccatorum. Item, in quem usum Historia resurrectionis Dominicae, tanta diligentia ab Evangeliographo Joae conscripta sit: Nimirum, quo omni incredulitati renunciantes per fidem Christi mortem apprehendentes ipsius Domini nasci, vivere, mori, & resurrexisse nostrum esse certò certius credamus, ut vitam ~~cognos~~ consequamur in Christo Jesu aeternam docuit, Fiat Amen.

Consilium Dominorum ab Henneberg Wilhelmi patris & Georgij Ernesti filij, primò illis ex re & per necessarium videri, ut pareamus citationi & mandato caesareo, non unam ob causam, Item illis videri ex ijs, quae illis ostendissemus nos facilè a nobis depulsuros objecta.

Contra collusionem Episcoporum a Treverense & Coloniense remedium fore, ut causa ad status imperij examinanda & iudicanda referatur, Sic enim eos prè pudore non audere, quae fortè occultè sedentes in insidijs molirentur. Item non praeterrem fore, si de mandato nobis non insinuato caesar certior redderetur, de alteratione feudi, quia omnia, quae possideremus, Cattorum principis feudum sint, rogaremus caesarem, ut nostrae conditionis & ~~ut~~ honoris rationem habere dignaretur. Sin verò caesar acrius instaret, ipsemet illeso nostro & iuramento & honore cum Cattorum principe haec transigeret & sic nos neminem lubentius ac ipsum Imperatorem pro Domino feudi agnituros. Posteaquam igitur Masfeldae opiparè satis pransum esset, literis intercessorijs à Patre & filio ad

ad Joachimum Marchionem Brandenburgensem Electorem & & Wilhelmum Comitem à Nassau acceptis, post secundas etiam mensas multo Lyeo perfusas, dimissi, Konigshoven, contendimus.
Konigshoven Herpibolensis Episcopi urbs est et castrum ibidem a senatu vino honorati sumus.
9 Aprilis in Bunach sup Bunichium fluvium pvenimus.
10. Aprilis Bunacae jentaculum sumpsimus ac Christophorum Dernbach, qui nobis Dux viae a Dnis de Henneberg datus erat, cum Ltis e honorario demisimus, ipsi nos Forchemium iter arripientes. Inter Bunacham & Bambergam Moenum transvecti sumus.
Eadem Forchemium circiter secundam pomeridianam devenimus, ubi symbolum Electoris Ducis Joan Friderici, parieti asscriptum, legimus, Toute mon esperance a Dieu trespuissant. ac subscriptum. Helft die Bort auss aller noth. Amen, Electoris autem symbolum scriptum erat, Ao 1532.
Ibidem fama ferebatur, Articulum de utraq specie sacramenti, consensu omnium imperij statuum conciliatum ee, ea tamen lege, ut, qui sacram synaxin sub una specie accipere velit, liberum illi foret. Hoc si factum est, nostros huc speclasse arbitror, ut infirmis & maxime exteris nationibus p piam charitatis dispensationem ad tempus conniveant. papistis verò impoenitentibus ita laxentur habenae, sicut Christus ad judam ait, quod facis, fac citius, Nihil enim nisi quod summum est quaerunt in hoc subdole consentientes, quod iuxta christi institutum aliter fieri non potest.
Nota de nuncio Cattorum principis qui nos sub vesperam eo venturos dixerat
11 Aprilis Forchemij rentaculo sumpto Noribergam contendimus, Adesto nobis, qui pascis velut ovem Jacob

Eadem circiter prima parvi Horologij Norin
bergam venimus, ubi primum Krelium hospitem
allognens ex eo sciscitatus sum, quaenam ex me
sinistre in Caesarem dicta superioribus annis,
cum in aedibus suis diversarer, audivisset,
is per sancte in praesentia Joannis fratris Nuri
juravit, se nihil, quod Imperatori onerosum
esse posset, audivisse, quod et ipsum et hospes
Forchemij testatus est, deinde de Dni vitis
valetudine ipsum interrogamus, quem ut ita
podagra teneri, ne domo egredi posset
accepi. Assumptis Joae fratre, Joae Michla
go juniore et Adriano vitum domui suae inviso,
cum illo brevibus multa conferens uxorem
eius aureis quatuor dono. Ex hac certior factus
sum de morte Joannis Pomerani parochi Witten
bergensis, qui in propriis aedibus gradu decidens
suam vitam finivit, meliore nunc auspice
Christo, cum omnibus sanctis fruens
Nota de tris interceptis Viti et Osiandri ad
Brentium, et Philippi ad vitum, quae ad Cae
sarem dilatae, et Theodori trium argumentum
Senatui Norico missum, qui ne vitus mole
staretur, viginti millia aureorum caesari nume
rarunt, Narravit item vitus nobis de fuga
Brentij cum miles Hispanicus in Hallam
Suaviae irrueret, et quod literae, quas Brentius
in triclinio oblitus erat primum ad Malvendam
dilatae essent, et quod vix unus ex civibus Halla
reperlus sit, qui uxorem et liberos Brentij
excipere dignaret, Item de morte Hafmeister
Colmariensis Monachi, quomodo Phrenesi
correptus per dies aliquot vociferatus sit, Dame
tus tum, perdide docui, a magnis persuasus
sum, et quanquam per syndicum Colmariensem
admonitus sit, se nihil per eam docuisse
tamen sibi male conscius, nullam consolationem
admittens, tandem sic vociferando, animam exhala
ret

ac

Ab eodem Vito didici Brentium rursus Hallae concioni, verum cum ab ibero aliquo publice in templo, sibilis, cachinis & nescio quibus ronchis molestaretur, paulum sub officio supersedit, nunc sed prohdolor, ut res ipsa docuit, breve tempus suo funget munere.

Accepimus quoque filium Georgij majoris qui rapidi canis morsu perierat, non fuisse eum, quem Ratisbonae vidimus, tandem ne viro bono nimis molesti essemus, illi valediximus bona insuper nobis invicem precantes. Donavit vero nos Dnus Theodorus Psalterolo germanico, quem ipse cum suis summarijs excudit curaverat, ac nomen propria manu asscripsit, sub coenam Vitus & filiolam suam Margueritam fratribus & nepoti, ac uxori nrae singulis psalterum cum suis summarijs dono dedit, Eubulum autem libro concionum suarum, cui titulum, die Kindarpredig, fecit, & expositione sua in Esaiam Prophetam honoravit,

Ibidem de adversa valetudine principis nostri certioris facti sumus,

Georgius Volckmus Senator & patricius Norimbergensis nobiscum coenavit. Senatus vina quoque nobis propinavit.

Dno vito uxor est Magdalena noie, Filios habet Vitum, Paulum, Philippum, Filias Margaritam Mariam.

Noriberga doctrina adhuc est pura Evangelij, verum Ecclesiastae a senatu rogantur ut a carpendo quosque abstineant, nominatim, nimirum ea de causa, quod adversarijs mala nobis inferendi volumus non desit, si qua detur occasio, & bona in speciem in malum interpretandi,

Doctor Vyncelaus Lynck, anno superiore vita haec excessit

Norici accusati, quod protestantibus triginta millia aureorum dono dederint, quo animum rugientis Leonis demulcerent ijdem 30000 coronatorum dono dederunt.

Rotger auf der burg aurifaber ille apoplexia tactus est, verum adhuc superest & vescitur aura aetherea.

Eberhardus Ebnerus noie Norimbergensis senatus equitem nobis adjunxit, cuius ductu Weissemburg deducti sumus.

Libros dono vito datos Georgio Weiden compingendos dedimus. Oratio:

Ioie Jesu cum ipsemet sis veritas, ut veritate quoque patris tui locutus sis, neminem ex miseris nobis mortalibus sua anxia sollicitudine sibi, vel cubitum longitudinis adjicere posse. Ita volens nos de nra vana ac stulta cura, & inutili tristitia ad cogitatus nostros in te reyciendos allicere. Te rogamus pastor & redemptor da nobis ferre, que iuste patimur tibi fidere & a te oīs rei eventum expectare, qui vivis & regnas.

12 Aprilis ex Norica urbe dum abitum paramus singularis pietatis prudentiae doctrinaeque summae vir Hieronymus Baumgartnerus senator & patricius Noricus nos convenit, qui inter caetera haeccine nunc esse tempore ait, ut nemo amico vel per multos mincios quid intus ferat aperire possit, & se vereri multos haec tempora productura martyres.

A Noribergo Weissenburgum in Nortgaus iter arripimus, In via est oppidum Swabach cum castro a cognenda cervisia celebre ditionis marchionum ab Ansbach, Item castra Annenberg Episcopi Eistadensis & Illingen Magistri Teutonici, qui natione Cattus & stemmate de Milchlingen, cui nomen Joannes licet minus gratiosus in patriam fuerit

F ne quid durius de pvis filio dicam.

Visitur & arx Heydeck

Weissenburg urbs est imperialis a Noriberga miliaria 7 distans olim ex consules Noricos

regebatur, Nunc Vexilla millitaria ante portas suspensa, quis hujus urbis, potis sit, satis demonstrat. Misere enim cives dum non etiam in consultis Noricis Cæsareanis portas reserant (licet in gratiam recepti) tamen hoc incommodo mulctant ut hebdomadas duo millia liberorum, quas militanter equites levis armaturæ dicunt, et hospitia accipere et alere, cogerentur quoq major pars hospite in salutato abijt, Retinetur adhuc apud illos doctrina Verbi pura. At (proh dolor) fama fertur, multos pseudo Verbi ministros, derelictis Vxoribus, amplecti et seculum, ac Velut sues se rursus eodem Volutare Volutabro luti,

Hic quoq principem nostrum adhuc Hailbrunnæ, non admodum prospera Valetudine teneri, didicimus

Oratio Qui dedit incipere, is quoq rerum eventum novit

Hospitati autem sumus apud Petrum Eidem, Quæstorem ærarium,

Oro. Quoniam Vanitati humanæ proprium est dum longe a periculo abest, omnia sibi facile persuadere, Ut primum aut cruci Vicinior fit, caro et sanguis nihil præter pulverem suum sapiat. Te Domine Sancte pater, humillime deprecamur, ingruente nunc necessitate, Da nobis tibi fidere, atq ut juxta tuum præscriptum, in silentio et spe animas nostras possideamus per jesum christum Dominum nostrum, qui Vivis &c.

13. Aprilis a Weissenburo Donovuerdam profecti sumus

Inter Weissenburgum et Werdam, ad Danubium, est Manheim oppidum, olim Ducis Ottonis Henrici Palatinij Bavari quo cum Carolus Cæsar ob assertum Evangelium, cum reliqua ditione exuit Anno 15. 4mo

Est et Abbatia Keitzen,

Est et inter Manheim & Weissenburg pagus Colberg,
inter quem et alterum pagum Niderbach fluvio-
lus Ursula est, in hoc fluvio dum aquatio fit
caballulus meus in fluvium subsidens, ego itaque mox
decidens ad levam in peristrophio altera tibia
pendens & a caballolo laesus & aqua submersus
fuissem, ni dei bonitate, & opera famuli mei
samuelis quoque nepotis mei, & fratrum auxilio
in pedes eiectus & edictus fuissem.
Benedictus deus noster, qui nos extraxit ex aquis multis.
Donneverdae apud Leonardum Wirdmarckum
in insigni Leonis in eo hospitio, quo Cattorum
princeps, & dominus noster clementissimus Captivitatis
suae hebdomades 10 & novem transigerat, hospi-
tati sumus, in eodem hospitio princeps insumpserat
2300 Florenorum, dum princeps nostra apud
eundem hospitem dum Augustam tenderet
dies 14 morata est in eodem hospitio, Veredarium
nuncium Ducis Maurilij Electoris invenimus.
Eadem Magister Floris quem Augustam praemisera-
mus, Vuerdae ad Danubium nobis obviam fit,
indicans, qui se res Augustae haberent.
Vuerdae in hibernaculo & cubili ubi princeps
noster mansionem suam habuerat, pernoctabimus.
Augustae una cum Coloniensi in nos querulis
& dolis armati erant Maynolphus bis profugus
Flechtorffij Abbas, Consules Volchmarienses,
Baron de Beuren, Bredelurienses Monachi,
Patbergi
A Vuerda Neoburgum ars ducalis & oppidum
amoenissimum, quo et ipso Caesar Ottonem
Henricum exuit, distat miliaria tria, & is
locus est divi Joais Diazij hispani martyrio sacer
In hoc oppido habitarant fratres Arnoldi Secretarij
ducum Bavariae, horum aedes caesar funditus
demoliri & nunquam redificari per Heraldum
edixit
Relatum nobis est ibidem de duello pugnali Georgij
& Melchioris H.

Vnerdae splendidissimae Fugegerorum aedes visuntur adhuc ibidem Evangelij doctrinam retinent.
Intelleximus et ab hospite, Simonem à Vnerde non adeo bona valetudine in patriam venisse a Weissenburg miliaria quinque ab Augusta sex distat, ante portas urbis dicti Warnitz in Danubium influit.
14 Aprilis à Vnerda ad Danubium recta Augustae Vindelicorum tendimus, quae in via inspicenda erant, si Deus faverit, in reditu ad patriam considerentur.
Augustae circiter Edam pomeridianam hospitium intramus intra tertiam quartam horas cum Liborio Wendelino ac Melchiore consilium initum
Adrianus à Zerlzen, Ericum Wolfum a Zerlen expiscari misit, an Volradus quoque adesset
Coloniensis Polypum agit.
Liborius et Melchior missi sunt ad Comitem Wuilhelmum de Nassau, ut eum et de adventu nostro certiorem facerent, et quid factu opus putaret, ediscerent. Injunctum quoque est illis, ut Comitis Sanmelis meminerint, ijdem reversi, quid dixerit Comes de Nassau, retulerunt, ac paulo post ipse Comes Venit, volens hospitium nostrum accedere, Verum nos, ut decuit, illi obviam facti, eum in domum suam Comitati sumus. Apud hunc caenati, Conradus à Beumelburg eques auratus natione Cattus Junior Comes Ernestus à Solms Hartmannus à Cronenburg. Adrianus à Zerlzen, et Vuolf Vuelberg gener equitis a Beumelberg, Comites a Waldecq quatuor,
Oblulimus Comiti Wilhelmo, tres domini senioris a Henneberg, Vuilhelmus ingenue et confitetur et testatur amorem veritatis Evangelicae.
Nota de Maximiliani de Beuren mensa, ad cuius unum latus missam celebrari fecerat et in eo loco sex millia nummum alea perdidisse, ad alterum latus, scorto se immiscuisse, et alea quatuor milia Coronatorum recuperasse, gloriatus sit.

Com es à Nassau tam fideliter consuluit, ne Coloniensis causa hic examinaretur.
Ferdinandus Rex, Et Vlricus Wurtembergensis Dux, litem contestati sunt

Pro Potentissime Deus, qui solus Ecratori potentior est, mitigator eius, ac da nobis subsistere, ac nomini tui gloriam expetere per Dnum.

Adsunt Augustae.

Romanorum Imperator, et Rex, Electores ambo Saxoni, Joaes Fridericus captivus, et Mauritius corpore liber. Elector Treverensis, Moguntinus, Coloniensis Cardinalis Tridentinus, et Augustanus, Marchio Elector et Joaci eius Fr. nec non Albertus Brandeburgensis Guilhelmus Bavariae Dux, cum Alberto filio et omni genicaeo suo. Ericus et philippus duces à Brunschwig et Ernestus à Grubenhage, Comes à Nassaw, dna princeps Hassiae Elector Mauritius, Eps Eichstatensis, Fridericus palatinus Elector Salzburgensis Episcopus, Coloniensis, Treverensis oes fere ex ordine hospitia vicina habent.

15 Aprilis, quae erat dominica misericordias Domini aio statuimus, si daretur, concionem sacram, Musculi audire, is in templo Mauritij sacro, de verbis Chri ex Joae modicum videbitis me, et modicum et non videbitis me. Item vos non relinquam orphanos, et item, vos videbitis me, Mundus autem non videbit luculenter et pie ~~segnatur~~ disseruit

Eadem apud Comitem Guilhelmum pransi sumus, Adfuerunt Comes Joaes à Nassaw, Comes philippus ab Eberstein qui anno superiori in sodalitio pachmor fuit. Doctor Vaix Cancellarius Maur: Electoris

Proverbium Italicum, quod (proh dolor) ex hoc aevo Germanis peculiare est. Homo morbo non fa guerra. Ein todter fahet kain krieg an.

Eadem, eo quod annuus dies esset in perpetuum Germanis lugenda et atro signanda lapillo, quo illustrissimus Joaes Fridericus Elector ad Albim, fuga sibi consulente exercitu eius, ac magna procerum eius parte ab eo ad hostes deficiente cum paucis sibi fidis captus esset excubitores ac reliquus Hispaniae peditatus, quibus mos est, Bombardis stipendia mereri, ter ante hospitium ducis

Electoris in modum Circuli coeuntes, sonitu terribili cælum usq; pedante, sulphure & pulvere armentario pre letitia gestientes & ovantes, eam victoriæ suæ esse diem, testati sunt, Fortissimus autem Dux e fenestra prospiciens, nebulonum insaniam usit.

Papa parmam & placentiam Urbes, ob quas bellum inter papam & Cæsarem, exoriri timebatur, ad manus Cæsaris resignavit, ea lege, ut filij papæ, harum Civitatum gubernatores permanerent.

Eadem in hospitio cœnavimus, cum Coloniensi nihil agi potuit.

Ora

O Domine Deus, qui solus sapiens, solus potens, frange furorem unicornium, da fide & ferenda omnia superare per Jhesum Christum, etc.

Vuilhelmus junior comes de Vuitgenstein persuasus a Reinhardo Comite à solius se ipsum Augustæ in nassam mittit, nesciens nomen suum, in Catalogum eorum, quod rebellantes fidei & iusticiæ pro rebellibus ducunt, asscriptum.

Missa est basis salutis nostræ, si rite celebretur nam in ea accipimus id, quod Dnus Jhs nobis promisit, quod fide apprehendentes vitam consequimur sempiternam, His Verbis W. C. dum quidam antici semidei mensæ suæ assidentes querularentur, multa enormia à nostris in suas missas iactari perstringentes Martinum Frechtum Ulmæ & alios aliquot perstringentes, ille Crabrones irritare nolens, offulam hanc obiecit, non tam quo celebrem buccam impleret, quam quo pio dolo istud genus hominum ab eiusmodi calumniis avocaret. Nam cum is diceret de recto missæ usu, illi (ut parvi ipsis fit pietas) ad alia sermones vertunt.

18. Aprilis, Melchior apud Atrebatensem solicitavit pro responso, Comes quoque Vuilhelmus, Coloniensis hospitium petit ac Episcopus ex hesterna potione debilior, lecto adhuc herebat.

Eadem quoniam dies termini erat in mandato citationis conscriptus, consilium petitum à Domino

de Nassaw, quidnam agendum foret is nos ad Doctores Marquardum et Hasen remittit, ij ambo nobis faciles se praebuerunt dicentes optime a Nobis factum, quod nos ipsos met Augustam contulerimus, et sperare ad in nelius nobis cedere, et se Archiduci et caeteris consiliarijs nram presentiam, indicare velle, quo nostri apud Atrebatensem supremum Cancellarium hi meminisse velint, ac is de adventu nostro certior fieret.

Requisitus est quoque a nobis Doctor Carolus Harst Clivensis Consiliarius, cui voluntas nobis inservendi non defuit, sed calculo enecatus, domo prodire non potuit.

Magister Liborius Florus, Syndico Augustano Doctori Nicolajo Majer, literas iustissimi Gobleri exhibuit, qui se nobis ad oia paratum fore obtulit.

Doctores ajebant, nihil periculi fore quod presentes adsimus, si non accusaremur a presule Coloniense.

Doctor Hase, Liborio iniurxit, ut ad nonam in loco Concilij adesset.

Eadem Adrianus a Terren, et comes a Nassaw quos sperabamus nobiscum ad consilij locum adiuvasse, ad horas alignot in hospitio non sunt reperti,

Nota. Comitem de Nassaw, per Melchiorem Linden nobis significasse, hoc die nobis Coloniensem nihil obfuturum, ast post sesquihoram quod subscriptum est responsum accepimus.

Misit Comes a Nassaw magistrum Guilhelmum illi a secretis, ad hospitium nostrum ut suo noie nobis indicaret Coloniensem misisse ad ipsum Comitem in aedes Magistri Teutonici Conciliarium quendam qui illi hoc responsum nos concernens attulisset quoniam hodie terminus sit Coloniensem mandatum quid producturum, sed spe solum concordiae, hoc e si res per amicitiae viam inter nos agi non queant iuri suo cessisse non videatur sin componi queant, se executionem manda

non

Non petiturum, ô vulpeculam verlice glabra,
Et hæc quoq Coloniensis sententia mutata est,
terminus quoq in crastinum protractus.

D. Nicolaus Maier symicus Augustanæ urbis, com-
mendaticias literas nobis transmisit, quas pro
causa nostra ad Doctorem Joaem Marynard
scripserat, offerens, se crastino ad horam quintam
nos conventurum.

Coloniensis (si creditur) crastino sexta nobis
bona consulturus

Sesquiquinque centena millia Τω Κρατερι Βαυαρο
et antistiti quinquaginta tria millia minimum
Augustani penderunt.

Eadem Alberto Marchioni, literas domini de Herme-
berg & Joaem Milchlingium, misimus.

D. Viglius Zuichenus, etiam suam operam nobis
promisit.

Ernestus Brunswigæ Dux, cum equo gradus conscen-
dere tentasset, crure lesus hic decumbit.

E regione Augustæ Trans lycum visitur Frei-
berga in Bavaria.

17. Aprilis post quintam ad hospitium nostrum
licentiatus. Maier olim Monasterij cancellarius
qui pridie venire non poterat, venit, Ne autem
opera sua nobis deesse videretur & literas nos
apud Dnum Marynardum commendavit. is igitur
singula, quæ ad causam facerent, à nris edoctus
fideliter consilium suum nobis impartitus est.
Verum Dux verbi esse in auditorio ob multas
causas non audebat. Viam tamen parare
apud Marynardum comitante ipsum Floro
sategit. Maier interrogavit, num scirem
Dnum Bricerum adesse. Respondi, me quidem
accepisse, ipsum hic fuisse, sed reversum
Argentoratum at ille ait, adhuc hic degit
et vereor illi nullam facultatem abeundi
& Cæsarem concedi;

Melchior Carolum Harst clivensem consiliarium
adijt. Carolus paulo post Atrebatensi, adven-
tum comitum Valdecensium indicavit, qui mox

interrogatus est, num is quoque adesset, qui colloquio Ratisbonensi interfuisset, ait Carolus omnes qui citati sunt, nullius nomen exprimens, adsunt, deinde latius Atrebalensis cum eo conferens, infit, quare Dni tui, maxime his temporibus arma capiunt in Coloniensem episcopum? Respondit Carolus, Domine praesul, alia fiet informatio. Bene Bene inquit Eps, necesse est, ut se expurgent.

Ad sextam Coloniensis (si creditur) iam factus amicus adeundus erat, sed nihil effectum est, Inter sextam et septimam, Comes à Nassau et Adrianus à Zerren apportarunt (ut vulgo dicunt) Scriptum compromissi inter coloniensem et nos, iubentes id perlegi, quo ad mundum scribi possit et sigillis corroborari, quod scriptum, quam iniquum et acerbum fuerat, eventus edocebit, sed (prohdolor) omnia modo devoranda sunt

Sub octavam, fratres et ego (nam Samuel se negotio intermittere noluit) habitationem Dni Maximiliani Archiducis adimus, ibidem usque ad nonam horam expectantes, tandem venere Colonienses et hi intromissi sunt in Auditorium. Paulo post et nos per ostiarium introvocati, illic Archiepiscopus Coloniensis per advocatum quendam, in termino mandatum penale produci fecit, ea tamen mitigatione, ut testaretur se spe concordiae petitioni executionis modo supersedere, si tamen causa inter partes, ut iam caeptum esset per arbitros, et viam amicitiae, transagi non queat, se protestari, ipsum hoc facto iuri suo cedere nolle, rogans ut haec ita ascribi et signari, insserunt, Adhaec magister Liborius Florus (nam alium nancisci non potuimus, brevibus respondit, Et nos obedientes comparare in termino, ac posteaquam Coloniensi sic placuerit nos item recipere cum protestatione si negotium per amicos transagi non possit, ut et nobis iuri nostro stare liberum foret, idque sic signari petivimus

His per

His pactis, utrinque paululum abcedere iussi sumus
Ablegatis igitur Coloniensibus, nos revocati, et ibi per Mar
guardum, qui erat dux verbi noie auditorum,
dictum est; quod ad causas inter comitem et
Coloniensem, attinet, suum habere modum, idque sic
Cesari referendum. Verum comites quoque citatos
ob id, quod Duci Saxoniae, Cattorum principi ac prole
stantibus Schmalcacidicae Unionis militaverunt,
et rebellionis, anno superiore se obnoxios reddiderint.
Adhaec Liborius respondit, nos quanquam magnis et
Varijs negotijs domi occupati, nec ab hostium
quoque excursionibus liberi, tamen magno periculo nos
Augustam contulisse, quo Caes maiestati obedienti
am praestaremus, quod vero ad causam ipsam atti
neret Archidrici et caeteris notum esse, quod nostri
ante Lucense plus sex, in nostri excusationem in
medium adduxerint, et protocollo inscriptum sit. Tum
Dnus Marquardus interrogavit, dicens; num etiam alia
praeter ea, quae dum adduxistis, adferre est aius;
Responsum a nostris Habere quidem nos plura, quae
ad excusationem nostri faciant, verum ne Dno Archi
drici et caeteris molesti essemus, nos petere, ut e
sua celsitudo et alij consiliarij, ea relegere, quae
super his in protocollo signata essent, dignarentur
et imperatoriae Majestati, nos commendatos habere,
post exiguum temporis intervallum, Marquard
respondit, Archiducem praesentiam nostram
et petitionem quam primum fieri posset relaturum
et eundem Dnum praesidentem, ut Caesaris decretum
in hoc expectaremus, iubere. Petitum etiam a
nobis, ut petitionis Coloniensium nobis copia
perscriptum fieret,

Eadem Otto Comes a Retberg, Ernestus a
Solms et Cancellarius Archiepiscopi Bremensis
Henrici Ducis a Brunschwig procurator
contra Goslariensem, et comites Waldeccani
apud comitem Vuilhelmum de Nassau
pransi sunt.
Ubi dum Ebbulus Comiti a Nassau narrat ipsum
Marchioni Alberto a Brandenburg noie dominorum
a Henneberg, tras Franciscum a Dalwig, con,,

cernentes, obtulisse. En mox Comes Vuilhelmus ad principes aliquot vocatus, inter quos et ipsum Marchionem, iam contra me querelam instituentem, ob clientem suum Dalwig, rogantemque principes aliquot vocatus, inter quos et ipsum Marchionem iam contra me querelam instituentem ob clientem suum Dalwig, rogantemque principes aliquot, ut illi astare velint, nam ipsum me apud caesarem accusaturum repperit, praeterea quicquid Vualdeccijs incommodare possit, adhoc se paratum esse gloriatus est. Lrae enim Dominorum à Henneberg illi bilem moverant. Sed tamen rogatu Comitis de Nassaw, eo devenit, ut is inter Marchionem et me arbiter existeret, sicque mitior redditur Albertus ille Mero (Marchio volebam dicere.)

Eadem Dominam principem convenimus, eam utcunque solantes, brevibusque multa cum ea conferentes.

Fro. Memento pater caelestis bonitatis tuae immensae et afflictionis nrae, nutantia genua erige, et nos in fide, timore et amore tui, corrobora.

18 Aprilis, summo mane, Liborius Marquardum, Melchior Hasen, doctores consultum abiere. Huius consilium fuit, ut Atrebatensem adiremus ac tentaremus an ipsum Archiducem coram alloqui possemus. Item Regem Ferdinandum alloquendum esse, non tamen illi consultum videri, ut ante unum aut alterum diem pro responso sollicitaretur. Nam Archiducem quicquid per Vualdecios, scripto oblatum sit, quam primum commode fieri possit, caes: mti relaturum Hasonis quoque consilium erat, ne tam celeriter responsum peteremus.

Eadem Adrianus à Zerzen, remotis arbitris nos alloquens venit, tonitrua minarum ex ore (ut ipse aiebat) Mauritij Electoris et Alberti Marchionis afferens, quae dicebat, fere eiusmodi erant. Mauritium Electorem, multis audientibus, dixisse, Num etiam Vuolrad Comes a Vualdeck adest, ac ubi Adrianus respondisset, imo adest, Mauritium dixisse: si ea

perpetrassem, quae Comiti huic intentantur, nè termini quidem impij mihi satis ampli essent intra hoc caesaris iram expectare, et nisi peculiari Caesaris salvo conductu provisum sit Comiti, consultum illi velim citius se hinc arriperet, atque his verbis adeo promotam fuisse Landgraviam, ut Adrianum amice rogasset, curaret, ut quam ocius haec rescire possem. His auditis, primo nonnihil animo turbatior factus sum, fretus tamen Dei bonitate ac libera conscientia, has minas contempsi. Respondens Adrianus, mihi non probari Electoris consilium verum me experturum, quisnam sit, qui mihi in faciem malefactum aliquod intentare audeat. Hortatu tamen Adriani, Comitem à Nassau adij qui in eandem mecum sententiam pedibus ibat, sicque res paulo sedatiores visae sunt.

Pro Da Dne Jesu, Voluntatem rectam et vires.

Eadem Comes a Vuitgenstein nomine Episcopi Treverensis Joannis ab Isenburg, ut ad horam quintam Caenae ipsius interesse vellemus, rogat.

Eadem Comitem ab Eberstein, et avunculum nostrum Comitem a Vuerlsein Georgij filium nostrum, convenimus.

Vidimus Vuilhelmum de Grumbach, et Hermannum de Amelungsen.

Volebat Adrianus a Terren, ut unam principem convenirem, at quod adhuc sub concione sacra ibid esset, ad hospitium, meum diverti.

Licentiatum Nicolaum Majer prandio excepimus cum eo et amicitiam ineuntes et eius consilio saluberrimo usi.

Venit Comes Joannes a Retberg eadem, Joannem fratrem nostrum veterem suum sodalem invisere.

Rattos, mures Augusta non fert, ob soli (ut Maier dicit) Frigidatatem, iuxta popistas autem, quod D. Ulrici precibus ab his immunes sint.

Tum primum Malvendam quoque adesse compi.

Item Bucerum delusum.

Consilium Comitis à Nassau fuit, ut tuto salvo conductu Caesaris fiderem.

Cœnatum igitur est apud Treverensem is Eribulum
pro veteri amicitia humaniter excepit. Intererant
autem convivio Vuilhelmus à Nassau et Dillenberg
et Joaes a Nassau Sarbrugs, comites Georgius ille Uni-
celius Fuldæ perturbator, et præpositus quidam Vratis-
laviensis Georgius Logus, homines quidem non illiterati,
sed quorum eruditio pessime habitet. Sunt enim
hostes et persecutores omnium piè doctorum acerrimi.
Ut mille verbis ipsimet testabantur. Logus ille
multa de abnegatione Joanis Hessi Concionatoris
Vratislaviensis locutus, ait, ipsum multa ad veterem
consvetudinem immutasse, ob quod cum male
à civibus suis audiret, quasi ad felicius navis
latus, posthabita doctrina christi se inclinaret
præ moerore consumptum esse. Sed qui pessimus
hominibus, de bonis sinistra narrantibus, fidem adhibent
Bucerum nesciebant, quem facerent nunc eum
sacerdotem, a sacerdote Dominicastrum, ex Domi-
nicastro Carthusianum Anticum, et haud scio
quas metamorphoses illi attribuentes Chameleo
pardum, insuper nominantes. Tandem effutiunt
sub salvo conductu quidem Bucerum Augustam
venisse, sed arctissima custodia, sub Marchionis
Electoris commissione teneri, adeo ne schedulam
quidem foras illi scribere licet, Item, eundem iam
pene duobus scriptis se alium futurum testatum esse.
His Unicelius velut oleum camino subministrans
Philippus Melanthon multo aptius, mentem aliam
eius esse, quam ante hac, scripto testatur, ut interim
præteream quæ in optimum virum vitum Theo-
dorum deblaterarit. Sed ah pudet et dolet huius
camerinæ hominum, vel audivisse vel meminisse
qui magiam et idolatriam pro palam confitentur.
Nota de comite in Hispania, qui pro suum fidum
cubicularium, se iugulari curavit, ac humari
iussit, sperans, se intra menses aliquot invene-
scentem ad vitam redire posse. Et quod septem
mensibus sepulchro aperto inventus sit, tanquam
infans in utero matris crescens, habens carnem

novam

novam brachiorum et crurium, licet facies
nondum satis esset integra

Tra o Domine ossa humiliata da Exultent pone
Custodiam ori meo, et in veritate tua dedisti me.

19 Aprilis, dum Vuendelinus, Liborius et caeteri in
medium, quid opus factu sit, consultant, literas à
Dno matre, uxorcula et sororibus eius, nec
non à Joae Galacteo, et Hermanno Nellio
sperante, ad nos è patria deferens; Item
tras Comitis Reinhardi a Solms ad nos unas
ad filium Ernestum unas, et ad Vigilium alteras,
Item Elisabethae ducissae de Brunsvvig et
Dnae de Henneberg et comitis Bopponis
scripta, ad Marchionem Electorem, Domi oia
salva, deo opt: max, sempiternus honos sit
et gloria. Acceperunt quoque Samuel a patre
fratres a matre, literas.

[opportune Bursar, dum nuncius nrs venit

Eadem comiti Ernesto paternas tras ipsimet
reddidimus, qui Atrebatensem allocutus fuerat,
Rogante igitur ipsum, ut nostri aliquam, si forte
sic sermo ferret, mentionem apud eund faceret.
Liborium Vigilio tra Reinhardi Comitis reddi
debebant, sed Doctor exierat foras.
Comitem a Nassau in hospitio suo grebamus
cierum is, ut postea comperimus, auditorem agit
in causa ducis Henrici et Goslariensium.
In eodem itinere Dnae principi Landgraviae
fausta precati, dein hospitium Ernesti ducis
frequentavimus, &
At prandio oe pomeridianum tempus scribendis
tris ad socrum, uxorculam, et Nellium in,
sumpsimus
Frater Joaes apud Ducem Ernestum prandus est
Statim à prandio ostiarius Camerae concilij imperialis
attulit iussu concilij scriptum Remberti illius
padebornensis Episcopi, in quo cognatum
philippum, novercam et nos apud Caes. maiestem detulit

Samuel apud Ernestum de Solms coenavit.
Hoc die in negotijs nostris nihil promotum est
Nota de Causa Hoiensium Comitum.
Eadem Adrianus a Zerzen Marchioni Electori, literas
sororis suae et Dominorum a Henneberg, nostri
nomine obtulit.
Eadem, sub intempesta nocte, sodalitium furum
argenteam suppellectilem Mauritij Electoris cribare
volebant, ac iberus quidam in ipso furto deprehensus
est.

Dro At, age Dne, pone sup eos legislatorem, sciant gentes
quod homines sint, p sacram tuam Anastasiu
Dne Jesu et filiae ac matris eius, memento
20 Aprilis inter quartam et quintam horas antemeridianas in templo minorum, quod ad hunc diem
in polestate senatus Augustanae est, Ecclesiastam
quendam non indoctum ex cap Joanis 21 de
piscatione petri et aliorum christiane et breviter
disserentem audivimus, praecipue verba Chri
dicentis, opportate mihi de piscibus, addicens
scilicet quod veri concionatores, quos p verbum
lucrifecerint, Chro afferre debeant non sibi reservare
hoc est, pro suo arbitratu in populum Christi
imperium gerere
Venit Adrianus a Zerzen, referens, se Marchioni
Electori literas sororis et comitum a Henneberg
obtulisse, ipsumque Marchionem dixisse, literas sibi
prelegi Curaturum. jubet igitur Adrianus, ut in
hospitium Electoris mitterem, quesiturus a Staculo
de Sleben, num responsum habiturus sim, nec ne.
Idem Adrianus Mauritium Dnem Electorem ait polli
citum ee, si quid boni in causa nostra agere posset
ipsum ee paratum,
Eadem Joanem Michlingum, et Erasmum a Kunrod
ad Marschalcum Imperij de Papenheim, ut cum

ipsius

ipsius venia in hospitio absq molestatione metalorum
hospitiorum permanere possemus, misimus.
Cat Liborius et Vuendelinus primo Viglium invise
rant, qui passim utrinq disputantes viglius
quod sciebat scire noluit, scilicet quis status
esset Comitatus Valdeck et in summa comitatum
esse iuris imperij confirmabat. Item olim unum
ex Comitibus de Vualdeck fuisse locum tenen
tem Caesaris et totum imperium, Item quomodo
Landgravij (ut ipse dicebat) et transactiones
Comitatum a Waldeck in pheudum acceperint
ipsum non latebat. Item se insignia Vormaliae
ostensa vidisse, vexillum autem istud existima
bat, in quo Cattorum princeps philippus
suis armis insignia Comitatus Vualdeck
appingi fecerit, Item aiebat diversas esse causas
Eubuli et fratrum, nam fratres esse sanguine
iunctiores Vuilhelmo Cliviae et Juliae ducis
qui magna in gratiam Caesaris et Regis Fer
dinandi fecerit, Remisit nostros quoq ad Athreba
tensem, Item, nos ad omnia quae imperium con
cernerent, ut caeteros Comites et membra imperij
et mandata semper vocatos fuisse, astruere voluit
Item se scire, quod alias apud iudicium Cameraeae
contra Coloniensem comites egissent dixerat et
item, Cattorum principem quidem ad Caes. Mtem
ut eos comitatus, quos nunc in feudo habeat
sic retinere posset petijsse, at Caesarem consentire
noluisse.

Supervenerat, dum nostri cum Viglio sermocinantur
Marquardus, cum quo Liborius de nobis non insi
nuato Mandato Damnationis Electoris et Land
gravij, et an consultum foret huius rei mentionem
apud consiliarios facere, egit, dixit Marquardus

nondum esse huius rei tempus, nostros quoque hoc die Archiducem convenire non posse, eo quod heri sagoi nis diminutionem fecerit, detegit.

Nothus à Terzen, qui iussus fuerat ad staculum de Sleben, hoc responsi retulit Electorem legisse literas, & paratum ad oia. Verum necessarium fore, ut vel per nos vel per alios Marchioni status causae nostrae declaretur,

Joaes frater noster apud Dnam Landgraviam praesus est.

Fuerant eadem & nostri apud Maijer, sed nihil spei datum est.

Eubulus quidem cupiebat ut et ipsi ab alijs consultum erat, viglium alloqui, at ea die nulla nobis huius rei facultas dabatur.

Comes à Nassau, scriptum compromissi inter Colonienses & nos remisit, quod, quoties relegitur, totiens magis acerbatur

Florus & Vuendelinus Atrebatensem allocuti sunt, qui primum causam a se removit, attamen dein iussit Comites crastino ad horam octavam ante meridiem adesse Nam tum illos, inquit audiam, si veniunt, sic enim fere per contemptum loquitur.

Oro Oipotens, sapiens, iustissime & misericors Deus, David Rex tuus & propheta, quem de post fetantes elegisse virum secundum cor tuum de Dni nostri Jesu Christi, filij tui benedicti passione, nec non e gloriosa resurrectione prophetizans, inter caeteros immensae maiestatis tuae laudes canit. Patres nostri speraverunt in te, & tum sperarent in te, tu eruisti eos, ad te clamaverunt et liberasti eos, in te speraverunt, & confusi non sunt. Et idem verba Christi prolixius prosequens, ait, Ego autem vermis & non homo. A tanto igitur Rege & propheta edocti, & exemplo dilectissimi

mi filij tui instituti, de hac immensa bonitate
tua et intercessione eius, quem solum nos
audire iussisti, quemque solum propter reverentiam
ipsius in cruce extensum exaudivisti. Te Deum
verum et aeternum Deum patrum nostrorum
et ipsi in his, quae nunc nos premunt, malis, implo-
ramus, omnem nostram spem in te collocantes.
Vere enim nos magna pars eorum et fuimus
et sumus, quorum typum prebuit imo quorum
vulnera et vibices filius tuus dilectissimus tulit.
Respice igitur quaesumus in faciem eius, qui
peccata nostra tulit, et propitius esto peccatis
et commissis nostris, super numerum arenae maris
multiplicatis, eo quo tibi placitum est modo,
nos eruens, ut cum patribus nostris de gloria
tua gloriari queamus, idque omne benignissime
pater, qui nomini tuo sit sempiternus honor
et gloria, ne sanguis pretiosus filij tui, sanctissimi
frustra pro nobis effusus inveniatur. Jussisti,
te o Deus sancte invocari, repromisit quoque
Dnus Jesus, te nobis daturum, quae petimus,
quamobrem per eundem Dnum nostrum
Jesum Christum, idipsum quod petimus miseri,
corditer largire digneris. Qui tecum vivit et
regnat, in unitate spiritus sancti Deus, per omnia
secula seculorum Amen.

A Coena animi gratia intra duas partes Lyci
fluvij amoenitatem et omnis generis piscium vivaria
compleximus

Oro propitius nobis esto Domine Jesu, et da ut omne opus
nostrum, patris tuaeque laudi serviat.

21 Aprilis Burchardum nuncium domum
relegavimus.

Eadem ad Atrebatensem admissi sumus, ubi

posteaquam praesul singulis dextram praebuisset, Magister
Liborius sic dicere ~~iubet~~ coepit Rmae illustris Dne
princeps D.V. quod heri hic noie comitum nostrorum
a Vualdeck adfuerimus, novit, petentes, ut ipsis D.V.
allocuendi facultas daretur, et quod simul in medium
excusationem comitum nostrorum et quod ad citationem
attineret, adduximus. Nunc igitur Comites ipsi praesentes
petunt, ut Rma D.V. illos audire non dedignetur, sunt
autem petitionis eorum haec capita. Primo ad id,
quod tanquam rebellantes citati huc sint, dicunt se
nihil fecisse nisi coactos à Lantgravio, cuius Vasalli
sunt, et eius ditioni viciniores. Ut huic quicquam
denegare aussi fuerint. Praeterea si quid in hac
re peccaverint, se noie imp. Matis ex capitulatione
inter caesarem et Lantgravium comprehensa a
Dno Reinhardo à Solms, et Joae georgio Schaden
à Mittelbibrach Caes. matis commissarios absolutos.
Secundo inter Episcopum Coloniensem et ipsos,
hactenus errores alignot cum extiterint et ij per
tractatus modo compositi sunt, Comites mei
Remam D.V. apud Caes. Matem intercedere pro
ipsis dignetur. Qua Caes. matas pro sua clementia
et dominorum commissariorum, absolutionem ratam
et confirmatam habere, et comitibus, si qua peccave-
rint, clementer ignoscere velit, id comites saepe
dicti, pro sua virili et debitis officijs, erga Cae-
matem et Rmam D.V. promereri satagent. Re-
spondit Atrebatensis dilucidè capita negotij dno
videri, Comites movisse arma in Imperatorem
ex parte protestantium, id illis minime licuisse
etiamsi sint Vasalli Landgravij, et quosdam ex
ijs prae caeteris se hostiliori aio in Imperatorem
ostentasse. Quod vero ad Capitulationem attinet,
comites in hac non comprehensos. Praeterea
etiamsi sint Vasalli Cattorum principis, tamen
ex hoc non consequi, eos ee ipsius subditos
Ad haec

Ad hæc Comites Cæsari, iam multis negolijs occupatissimo, ob sumpta arma in Coloniensem negotium fecisse, idq extantibq hisce Augustanis Comitijs. Iuste igitur imperatorem, id et ægre ferre, & a Comitibq emendationem exigere. Verum utcunq res se habeant, ipsum heri nris dixisse, si de his nos excusare velimq, ut id scripto coram concilio imperiali fieret. Dixit etiam Liborius de pecunia, & Remsardum Comite Cæsaris noie petitam, & si Cæsar eam illi dari ac nos contra Cattos in hoc defendere velit, nos eam summam promptissime daturos. Ad hoc autem nihil responsum à præsule, Eubulq itaq asperitate negolij & necessitate coactq, primo veniam ab Episcopo precatq est, num illi liceret, unum aut alterum verbum fari nam enim mentis suæ concepta, vix latine elogui posse, Data venia, utcunq potuit, hæc adduxit, Ad id, quod Atrebatensis præsul dixisset, comites in capitulatioē non comprehensos, eo quod scilicet vasalli Cattorum essent, non tamen subditi hoc debere præsulem scire non solum Vasallos nos esse laudgravij, sed ea nos pressos servitute, ut ob vicinitatem quasi inter intimos Hessos commorantibq, non fuerit liberum, vel in exigua causa principi quicquam denegare, ut et hæc antea p Magistrum Florum latiq narrata essent. Deinde quod ad Coloniensem, nos habere diversas dinastias, nostri comitatus me esse seniorem, & ipsos mihi astantes fratres non tenere eadem dominia, & orlas quidam esse turbas

inter fratres et Coloniensem, nostros autem non
sumpsisse arma, ut coloniensi (ut is nos accusavit)
bellum inferremus, Utcunque autem res se habeant
quoniam Rma D. V. nos ad concilium imperiale
remittit, (tamen quia nobis notum sit, sciam autorita-
tem magni apud Cae. mtem fieri, adeo ut quaeum
tractentur in concilio imperiali, sine ipsius assensu,
finem nancisci non queant, nos humiliter rogare,
ut D. S. nos et apud Imperat. Matem excusare,
et pro nobis intercedere dignaretur. Id si qua
in re promereri possimus, nos promptos esse et
ut dabat in necessitate sermo. Ad haec praesul,
Causa inquit in Imper. mate sita est. quod ad
Electorem vero, si res ita est, ut de his inter vos
tractetur, date operam, ut Coloniensis vobis amicus
reddatur. postea si quid ad excusationem vnestri
habetis, concilio imperiali offerte. Ubi causa ad
nos devoluta fuerit, ego dabo operam, ut ad Im-
peratorem deferatur, et si quid boni hac in re
praestare possim, expiar. Tum Liborius Rme
Domine praesul, Comites nostri non sunt
earum facultatum, ut hic longas moras necter
queant, quare petunt rever. D. V. apud
Caes. Matem negotium maturare dignetur
Ad haec Attrebatensis quasi subiracundus, Non
Arbitror inquit, Generosos Comites Rebel-
lioni contumaciam adjungere velle ut
ante responsum, insalutato caesare, abeant
Igitur, Liborius petitionem iteravit, et Atre-
batensis hospitio exivit.

Vnaldecciani hospitium Marchionis Electoris
adiere, si forte Electorem allogiendi nobis copia
fieret, sed nullus aulicorum procerum aderat,
qui nram praesentiam Electori indicare posset.

Comes

Comes à Nassau, quod varijs negotijs occupatissi-
mus esset, adi non poterat.
Reperimus in domo Atrebatensis Doctorem philippi
Selden
Vuendelinus et Florus Archiducem Maximilianum
Dominorum nomine orare volebant, ut apud
Regem patrem, nostri clementer meminisse digna-
retur, verum is in loco concilij non aderat.
Eadem unus et alter Civium Augustae per Henricum
Strachen de situ montis Isenberge mineris
auri circa Corbachium diligentissime scitati sunt
conati, nobiscum conditionibus agere. Verum quia
mihi presente ursa catulos ostendere, minus consue-
tum videbatur, bona dans verba, eos post menses
aliquot, si quid eiusmodi cuperent, in comitatu
nostro querere nos iubebam,
Sebastianus Mall, quingentis aureis a Ferdinando
Rege donatus est; probe et his notus erat Hans
Krall, quia ante annos aliquot apud nos in arce
nostra Isenberg erat.
Eadem dum à Cœna partem urbis cum sodalibus meis
obambulo, forte adiunxit se nobis civis quidam
grandevus, cui magister vigilum claves portae
commendarat, cum quo varia de urbis Augustae
politia, munitionibus et contulimus. A quo cum
inter fabulandum de duplici interrogamus muro.
hanc eius rei rationem reddit, Augustam urbem
esse antiquam, quae inter exigua spatia suis moenijs
et portis cincta esset, ut ipsimet videremus, et hanc olim
cœnobio divi Ulrici Dominico templo, et alijs Ecclesiasti-
cis mansionibus occupatam. Ut Episcopus loci, omnes ius
in eam sibi usurpare conatus, et maxime claudendi
portas, ubi et quando ipsi libitum fuerat, cuius rei cives
opibus elatiores facti pertesi, urbem extra prima moenia
dilatarunt, fossatis turribus propugnaculis et aggeribus
circumdantes, ac pro suo iure easdem portas et clause-
runt et reserarunt, facteus. Nunc vero Carolus
Quintus per Sesquianum ibidem primarium agit con-
sulem, qui magistris vigilum exercitus ipsius claves
portarum commisit, sic sua prudentia cives

Episcopum, Carolus sua solertia et potentia Augustanos occludit,
Augustanis anno superiore Sebastianus Scherlel, et dux Exercitus et rebus Urbicis praefuerat, qui, cum aliquando secum reputaret, eos qui Plutoni ac Religioni additiores ut multos habet Augusta scilicet Vulzeros, Fuggeros, Hachstetteros, quorum tamen familia ad stipem redacta est, Baumgarteros, Gosleos, et nescio quos Herbrotos, Aquilarios, et quicquid huius est farina divite Gasa gaudens, nec bellum nec obsidionem latiuros, secum statuit, ipsemet his vel urbe pulsis vel suppressis civitatem occupare; Expiturus fortunam at vir, ut est Heroico animo, bonorum consilio subscribens, postea mutata sententia perpensis multis senatus ut se in Caesaris clementiam darent persuasit. Optimus Heros rarissimo Exemplo, sui corporis ac facultatum periculo obire malens, quam civium suorum sanguine sua causa, fundi, et urbe et patria, cessit cuius fata dij secundent.

Ad senatus nomine vino honorati sumus.

Ero Domine deus da timorem et amorem tui, et misericorditer ut in populo beato, qui scit jubilationem reperiamur concede.

22 Apud divum Mauritium Musculi concionem audire statuimus, intra 6tam et 7 mane igitur, hoc templum frequentantes, hos ritus Ecclesiasticos ibi observari vidimus, semihora ante ultimum campanarum pulsum, ubi pars aliqua Ecclesiae convenit, uno praecinente canitur psalmus aliquis, in nostrum Idioma translatus summa et modestia et devotione. post aliquod interstitium rursus aliquidam, idem fit post moram longiusculam, donec iusta Ecclesia adsit et campanarum ultimum signum datum. His peractis, praelector suggestum concendens invocato divino numine, legit paragraphos aliquot, ex Math 12 cap. Deinde summam fidei nostrae, ex verbis Christi Joan. 6 Haec autem est voluntas eius, qui misit me, ut omnis qui videt filium, et credit in eum, habeat vitam aeternam, et ego suscitabo eum in novissimo die, Aut simili aliquo ex sacris scripturae loco. Deinde hortetur ad confessionem, praelegit formam potissimum continentem, quam nihil boni sit in homine, quam nihil vires nostrae faciant ad salutem

Concludens cum oratione publicam illius Evangelici, scilicet, deus propitius esto mihi peccatori. post haec iussu Christi et exemplo Apostolorum, admonuit, obsecrationes pro omnibus hominum ordinibus fieri. post haec ex scripto nomina eorum referens qui matrimonium inire destinassent, ac pro his intercedere iubens. Deinde Catalogum aegrotorum, et qui orationem Ecclesiae expetijssent, recitavit, ita ut cuiusquisque conditionis esset, indicaret suppressis tamen nominibus. Collecta et benedictione populi, officium suum is absolvens, ambone discessit, post haec D. Musculo gradus ascendente, Ecclesia canit Hymnum de invocatione Spiritus sancti. quo finito, Musculus populo, Spiritum dei bonum ad audiendum cum fructu verbum ipsius imprecatus, orationem domini, cum orare iussit, ipsemet prolixe orans. post id, idem Dnus Vuolfgangus ex cap 14 Joannis haec verba legit, qui habet mandata mea, et servat ea ille est, qui diligit me, usque ad hunc produm Haec locutus sum vobis: Et completo sermone populus iussus deo laudes cantare, et deinde Ecclesia cum benedictione Ecclesiastae huius demissa est.

A prandio Vuendelinus, Florus et Melchior, quod Archi, duci offerendum sit, chartis mandavit, si qui commodius ipsum alloqui possemus.

Fuit venit Secretarius cognatorum nostrorum comitum de Hoja, quo in statu res Dominorum suorum essent, exponens, et a nobis ad Monasteriensem praesulem literas petijt. Item ut per nostros per latissimos Campos Sendfelt deduci posset, aiens quoque nos rursus in tutorem pupillorum de Hoja postulari.

Nota duos fratres Germanos Philippum et Christophorum Seldos LL. doctores Augustae Civitatis alumnos ob spectatam in pueris ingenij prosperitatem Fuggerorum stipendio ad has dignitates provectos quorum hic vice Cancellarium Caesaris agit, alter urbi a consilijs est.

Claudius Cancinucula, olim inter scribas regios, nunc comiti a Nassau Vuilhelmo a consilijs est.

Petrus Obernburger, in cancellaria (ut vocant) caesa-
ris post vicecancellarium inter Germanos primas
tenet

Conradus quidam Hessus, et Georgius de Hall, Comitum
ab Aldenburg interuncij sunt,

Franciscus à Hall, hactenus hanc litem contestari nolui

Eadem intra horam et sesqui, omnem urbem Augustam
cum fossatis vallis et munitionibus circumivi. Quid
autem viderimus Historiographo etiam non indocto
nec vecordi, id describere satis negotij futurum arbitror

Eodem Philippus et Joannes fratres mei, apud Joannem
Comitem de Ritberg caenarunt, Samuel vero
nepos, apud Treverensem.

Eadem in plateo homo Turca nobis obviam fit collo
circumdatus torque ferreo, in signum perpetuae captivita-
tis

Audivimus sub caenam Italos tybicines et fidices qui
vel cum Apolline fistulis certare potuissent.

Eadem sub nonam noctis, Ecclipsis Lunae visa est
qui nobis signa eiusmodi exhibet, clementer cuncta
mala avertat.

22 Aprilis hora 6ta in templo Mauritij et Joannes
Henricus ex cap. 12 Epistolae ad Romanos, de his
verbis pauli dilectio sit non simulata,

A concione nobis forte fortuna obviam fit Mathias
ab Aldenboken filius Balivus Steinfurdiae et Lugae,
ordinis D. Joannis Baptistae qui heri primum à
profectione ex insula Malta se reversum et Augustam
venisse dixit, Comitabatur et hunc Nicolaus Gallus
praesuli Monasteriensi à pedibus, Herbertus à Langen
qui et una cum his duobus praedictis Maltam petie-
rat, ibidem vita excessit.

Eadem nostri doctorem Hasen consulunt, Is iubet
priorem supplicationem iterare

Cum tempus prandij instaret, nobis inscijs Vuilhelmus
Comes à Witgenstein, Philippus à Homberg, Joannes
Comes à Retberg, Vido de Kniphausen, et Joannes Kack
Secretarius Comitum a Hoja, nobiscum prandium
veniunt, fit potatio liberalior

Indicia quinquennales inter Imperatorem Romanorum Regem, & Turcicum Caesarem, renovata dicuntur.
Eat ante casam bibliopolae (qui forte papistarum gratia venebatur) vidimus Icones Joannis Friderici Electoris & Turci Imperatoris, se mutuo intuentes, suspensas quod nobis pijssimi principis non absque ac dolore videntes, ambo nobis eas emimus.

Ora propitius esto Domine peccato nostro, multum est enim, da charitatem non fictam, da odisse malum & adhaerere bono.

24 Aulis ad D. Mauritium quidem concio fiebat, at ob Liborij aegritudinem, qui miserè calculo cruciebatur, me cum Vuendelino & Melchiore Lindio sollicitatum iri, conveniebat. Primò igitur aedes D. Viglij Zuicheni petentes, eum solum reperimus, qui, postquam praesentia nostram comptam habuit, obviam nobis egressus nos intra hibernaculum duxit. Ibi Vuendelinus breviter solitam petitionem repetijt, me quoque ea propter & mei & fratrum nomine adesse dixit. Adhaec Viglius respondit. Si nos ipsi vel nostri consilium ipsius secuti fuissent, negotium hoc vel ante menses quinque ad finem perduci potuisse, antequam causa Coloniensis huc devoluta sit. Item retulit nobis Hermannum à Molspurg disertis verbis dixisse. Si Colonienses centum equos Volchmariam mitterent, Cattorum princeps ducentos, ad his resistendum, missurus, atque his ~~qui dixisset~~ verbis Caes. Maiestatem maximè irritatam, utpote qui dixisset Si Hessus ducentos, ego trecentos mittam. Item absolutionem à Commissarijs factam quidem non negavit, sed quomodo Comites Vualdeccenses se pro subditis et si vasalli Cattorum essent, reputarent, idipsum hic in disputatione esse.
Addens praeterea conditionem absolutioni adiunctam esse, eam scilicet, Reinhardum Comitem & Joannem Georgium Schaden à Mittelbiberach, quidam Vualdeccianos absolvisse, verum ea lege ut Caes: Mati se obedientes sisterent, & de hac re ipsius clementiae clarius responsum acciperent. Tum Vuolradus profecto

D. Doctor ingt, In hoc nobis iniuria fit. Nam nulla huius rei tum temporis habita est mentio. Invertens igitur Doctor sermonem. Non de vobis sed aliquibus ex vestris, loquor, ocius è mensa protocollum arripiens hæc ferè legit; So seind vor vier erschienen Graff Johan von Waldeck, und Graff Albert von d Hoja; welche wir in die verlöumung auffgenommen, Idoch sey dabey bescheiden, Sie sollen ferner derwegen bey der Kays: Mayt ansuchung thun, & post multa hæc allulit se & sui albi Hoies, nihil aliud efficere posse, quam ut curarent, quo causa nostra ad Cæsarem referretur, & ad id nobis suam operam pollicitus est. Ubi verò Causa ad imperatorem devoluta fuerit tum nos oportere suæ Mtis responsum expectare. Dum autem de mora & expensis obiter diceremus, ait, parendum esse Cæsari & illi seipsum resolvendi (novo enim hæc aulicis seipsum resolvendi) in hoc significatu recepta vox est. Justum tempus concedendum fore, sic quadrupedum Cavallorum pedibus huc advecti, vix lanceis hic nobis incidendum est. Mature etiam Dominus Leporinus supervenit, apud quem idem in præsentia vigilij egimus. Illi nisi, memoriam de statu Comitatus nostri refricantes. Ut qui tractatur Heriscundæ Hæreditatis nostræ interfuerat, quod ei ipsemet ingenue confitens pollicitus est & suam operam Onveniis & Vigilium seorsim & is quædam negavit, & sensi illi fraudem factam.

Novit cuncta Deus, qui et occulta dijudicat, sicque hinc abitum

In eod itinere P. Joanem Marquardum allocuti sumus, is præter cæteros se humanum & apertum nobis præbuit spondens, se apud Archiducem fideliter nostram causam acturum. Ex omnium autem Doctorum verbis liquet probè illis cognitum esse nobis iniuriam fieri. hocque consilij Marquardus dedit. omnia Comites a Cattis pressos, & premi animadverteret non illi infrugiferum videri ut Comites apud Cæsarem instent, quo comitatus liber reddatur Imperio. De qua re multis verbis disserunt, Cumque nos diceremus, videre

quidem

quidem nos, quid nobis commodius esset, verum nos
et vasallos Cattorum principes esse, et ijdem iure
iurando astrictos, Referre autem Caesaris, ut ipse
clementer cum principe nostro, de hac re agat
ne noster et honos et conscientia male afficiantur.
Id instituti Marquardus laudans, probe, ait, hoc a
vobis dictum. hac enim via aggrediendo res esset
ut Comitatus sit liber Comitatus Imperij, Catto autem
fiat quod illi debetur, habeat vos Hessus ut va
sallos, sed habeat quoque ut Comites liberos imperij,
nam si is ordo interruptus non fuisset, non po
tuisset tantus tumultus suscitari. Ait item Impera
tor facit Comites et hanc dignitatem alicui
impartire munus est Imperatorum, non Saxo
num Hessi nec palatini (haec enim eius fere
verba) et si res penitius inspicerentur reperiri
potuit, qui Hesso diceret, tu nos in hanc nassam
coniecisti, nec tibi ulterius in aliquo tenemur,
sed et nobis de accepto damno satisfacies. Hanc
Dnus Feudi, si vasallo damnum iniunxerit, aut
praeter aequum eum molestaverit, aequo aut
~~praeter~~ foedo excidere ac vasallus polest.
Hoc enim inquit, apud nos sic constitutum est.
Fuisse quoque se annis quindecim clientem
Comitum a Konstein et Vnerthenn, non negavit,
Tum ego, et nos ex hac cognatione sumus, nam
Michaelis de Vnerthenn soror avia mea fuit.
Ad haec is, eo libentius T. C. in omnibus inserviam
quae possum. Interrogavimus quidnam hodie a
nobis fieri putaret, respondit, hac die Archi
ducem ob sumptum pharmacum in concilium non
venire Tractaturos autem de rebus gravissimis
in Concilio, et se una cum alijs eo rem promoturum,
ut causa caesari referatur, tum nos oportere
suae Matis resolutionem expectare et nos subinde
exhiberemus conspectui Archidueis, et Episcopi Atreba
tensis, etiamsi nihil diceremus sicque illi gratias agentes
eum liquimus

In eod itinere, in hospitio Marchionis Electoris strenuum virum Staculum à Steben Eubulus convenit, illi exponens quodnam argumentum esset literarum Electori suo nostri nomine oblatarum, rogantes, ut si res eo deveniret, Elector apud Caes. Ma: interpretari velit et pro nobis intercedere. Is nos humaniter excepit et audivit, et principem ac ipsum mihi in his et majoribus morem gerere paratos, testatus est. Recepi etiam si Elector sorori suae in propria causa rescribere vellet, me literas ad eum transmissurum, Elector autem adhuc dormiebat.

Eadem secretarius Hoiensis nobis ostendit argumentum Epistolae Monasteriensis, sub commissione in Causa Hoiensium Item Exemplar commissionis, nec non consultationem Claudij Canciunculae, quae fere plus minus 40 florenis constat.

Ead. D. Musculum, ut nobis prauderet, rogari curavimus qui mox ad decimam aderat, eam qua potuimus humanitate excipientes, de varijs et cum eo familiariter colluenti sumus, a quo et cognovimus D. Bucerum die Veneris proxime elapsa comitatum duobus satellitibus Aulicis, uno Marchionis Electoris et altero Friderici Palatini, et urbis Augustanae equite uno, hunc abijsse. Cum ad diem parasceuis huc advenerit, antea quoque in quodam pago per novem septimanas detentus fuerit, multa cum haec homine optimo, et persuasionibus et minis nec non et pollicitationibus pagere, papistica gens cupiebat, sed nihil aut parum effectum est. Licet Logus et Mustela multa gloriantes garrient.

Musculus annis 18 Augustae in verbo praefuit. Liberos habet octo, Libros Zenonis, Socratis Rampuli Martyris et aliorum triginta quinque ex Graeco in Latinum transtulit, quorum aliquot Hervogius excudit, alij adhuc apud authorem latitant.

Fuggeri quatuor, Antonius, Joannes Jacobus, Joannes Georgius et Hieronimus. vita excessit

Jam

Jam per annos aliquot Augustae locuples habitus non est, qui 60 aut 80 millia nummum non excederet.

Joannes Agricola ab Eisleben, hic Joachimo Electori Brandeburgensi, à concionibus est sacris.

Villa et habitatio Schertel Burtenbach non procul ab Augusta est, quam Augustani pro 40000 millibus ab ipso se emere illi promiserunt.

Hispanus Bobadilla, dum Musculo diceret, sibi a Ferdinando Rege exprobatum, quod Lutheranos Concionatores adiret, ac illum respondisse. quid vestra maiestas cum Lutheranis principibus Mauritio, Marchione et aliis familiariter loquitur, insuper comedit et potitat. Et Musculus infit. Scis quod te nunquam vocaverim, ita te nec domo excedere iussi, venis cum tibi libuerit, et abis ubi placuerit, si bonus intrasti, bonus exibis, mea nihil refert.

Vitus Theodorus ad Musculum perscripsit inter triduum. Adest et Julius Pflugius.

Accidit infra hos dies, ut duo pedites mero distenti Ambulacrum ante Dominicum transirent, et alter conspecta effigie Joannis Friderici Electoris, in Cicatricem, quam sinistra maxilla fert, futiliter deblaterans, cum ab altero haec verba facessere iuberetur, mox evaginato gladio compotatorem suum invadit, qui et ipse adeo strenue et Electoris honorem, et proprium corpus defendit, ut conviciator ille Electoris Examinis in terram concideret. Qui vero eum percusserat, fuga saluti suae consulunt.

Petrus Barbirius, dum aes alienum aut debitum à Rege Ferdinando, quod se ad Miriadas aliquot auri extendit repetit Lutheranus et esse accusatur et castro suo exuit, Hanc quod longo tempore Austriacae domui inservierit mecendem reportans, nunc aulas deridens nunc aulas deridens, summo Dno servit

Constantinopolis etiam refragante patriarcha, permissione imperatoris Turcici, verbum Domini sincere praedicatur.
Gerhardus Heddewich Ferdinandi Regis ad Turcam saepissime Legatum agit.
Nola pedioneo poetae (si dijs placet) ingratitudinem ab Augustanis objici.
Ulricus Wurtembergensis Dux multa devorare cogitur. sed spes est speranlem in Dominum misericordia circumdari.
Dnus de Lyra, qui etiam nobis adeundus fuisset, locto aegrotans decumbit.
Sertorius Basileae pro mille et trecentis florenis, aedes emerat, verum ubi Sebastianus Vogelsperger capite plexus est, Schertel in Galliam concessit.
Ex INTERIM interit.
Nola de Bilchio et eo qui se illi in personatum famulum adiunxit, quo negotiis suae quarum nostris quid bicolor ille Monachus moliretur, revelare posset, verum dolo detecto, in carcerem conceptus est
Bernhardinus Ochinus et Petrus Martyr in Angliam vocati sunt.
Musculus ait, Germanis audaciam et vires, nec non Martios animos datos, quibus si post Deum usi fuissent, non forte ab exteris nationibus sic (ut proh dolor ipsa res testatur) possundati forent. Sed dum praeter patrium ingenium et ipsi dolos et fraudes suscipiunt astutiam dolosissimae Italicae et Hispanicae gentis ab ipsis, astutiae superantur. Nam Taurus robustissimum animal contra Leopardum pugnans, ~~hunc convincit~~ si recta Leopardum cornibus impetat facile hunc convincit, si autem diu secum cogitabundus dolo Leopardum aggredi velit, otius astutissimus Leopardus mira vafricie taurum et excaecat et iugulat. Sed hoc aenigma suum sibi Oedipum requirit

Domino

Domus, quam Hanso Gesse, hospes noster pro sedecim centenis florenis comparavit, illi uxor liberi et cognati doctissimi ac piissimi viri Urbani Regii vendiderunt. In hac nos Deus sua benignitate hospitare hic permittit.

Samuel nepos apud Ducem Ernestum Cœnalis est. Frater Joannes Joannem Fridericum convenit, explorans qui se res optimi principis haberent.

Fr. Domine Deus et Rex, in cuius manu corda omnium sunt viventium, qui hodie mihi in conspectu NON gratiam invenire dedisti, qui non confundis facies tibi se permittentium. Inclina cor Regum et habeto curam nostri. Id te deprecor, per Jesum Christum Dominum nostrum, qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti Deus per omnia seculorum, Amen.

25 Aprilis, quae Marco Evangelistae sacro erat dies, in Templo Minorum sermonem audire volebamus. Verum is ante sextam finitus erat. Quare ad Divi Mauritii aedem nos contulimus, ibi D. Musculum ex cap. 14 Joannis haec verba Christi scilicet, Haec locutus sum vobis, apud vos manens, paracletus autem ille qui est spiritus sanctus quem mittet pater nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quaecunque dixi vobis legentem et exponentem audivimus. Docuit igitur inter caetera, quis esset ille spiritus veritatis, et quisnam is esset, qui eum dat; Item quod exercitationem doctrina praecedere debeat et prius discere, quam scire conveniat. Nullum enim officium, vel artem necessariam exerce poterit, qui non prius ab aliquo instructus eam probe dedicerit. Item Christum Apostolis suis in quatum usque annum, ore suo sacrosancto concionatum esse, nec tamen eos ex carne et sanguine, hunc fructum salutarem consecutum, quin hoc spiritu paracleto corda eorum aperirent, et ab illo docerentur. Item nihil facere ad salutem, multo tempore verbum

Dni audivisse in spiritu quoq intus cooperetur.
Item quam etiam (d. Hieronymi aetate
Ecclesia ab hoc spiritu deviare caeperit, evidenter
ex verbis ipsius Hieronymi, in Epistola ad Nepo-
tianum ostendit, ubi congneritur, multos esse
qui parietes marmoreos erigunt, altaria auro
et gemmis ornant, Ministrorum autem nullam
fieri delectionem, idipsum quoq Musculus, ex
dijs patrum dictis probans, congnerens etsi
patres non in omnibus eorum scriptis probandi sint
non tamen majori diligentia ab adversarijs in
singulis explorari, proposuit praeterea ordina-
tionem ministrorum pro papistas, et pro antithesis
ministrorum quos spiritus paracletus vocat et
instituit, Item quo reciderint res Ecclesiae
nimirum ad speciosa verba templa regaliter
instructa, Missarum contaminationes, dum
interim negligunt qui spiritu et veritate
instructi, mansiunculae sacramentorum
(ut vocant) sunt, cum aedes aura tamen
sit purus homo, qui fide verbum Dei amplecte-
tur, Et ita de veritate docuit, ut veram fidem
constantiam, et doctrinam eius, satis mirari possis,
praesentibus lupis, et ursa rapto catulo eum cir-
cumdantibus, nec non et aquilis unus hic
Musculus bonis fulcimentum in Christo Augustae
degentibus adversarijs malleus conterens petram
videri potest. In obsecrationibus oravit etiam pro
ijs, qui in vinculis ob confessionem veritatis
detinerentur, ac pro Christianis, qui in captivitatem
Turcicam translati sunt. Non enim, inquit, eo ipsi
sunt peiores, quod abducti sunt, et sub tanto tyranno
vivunt omnes enim peccatores sumus. etiamsi non
statim, ultio adsit, iuxta verbi Christi, de
Galileis, quorum sanguinem pilatus, cum
victimis miscuerat. Propulchre Musculus ritum
loquendi papisticum, Er hand sich berichten lassen
pro eo quod dicimus. Sacramentorum se participem fecit.

explanavit,
Ardorem populi Augustani, vel potius parvulorum erga verbum Dei, ex hoc ea die consideravimus, quod quendam profectioris aetatis hominem vidimus, qui manens et claudus duabus bipennibus innixus vix aegre tibias trahens, gradus aliquot conscendit, veniens ad scamna in quibus nos sedebamus, nec hoc illi satis erat, sed utcunque potuit, partim reptans, partim manuum opera utens, in superiora scamna è regione Ecclesiastis conscendit.
Abibant eadem frater noster Joannes Vuendelinus et Michlingus sollicitatum et antemeridiano tempore, nemo ex consiliariis in auditorio adfuerat. Id autem his de causis factum puto, quia dies erat (ut vocant) rogationum et Archidux medicorum quoque opera usus, adhoc quod electores extra urbem apud Treverensem libero patri sacrificarent,
Narratum est nobis eadem, quod sub initio comitiorum Augustae Comites am Starhz a Caes. Maiest. impetrarunt, ut quidem pro liberis imperij comitibus haberi possint, et tamen dominos feudorum suorum mutare non cogerentur.

Fama quidem fuit, Albertum Comitem de Mansfeld, se gratiam imperatoris recuperari posse, spem aliquam concepisse, sed aegra haec.
Eadem Vuolfgangus Musculus scriptum d. Martini Buceri de disputatis Ratisbonae in collogio et contra Vuintoniensem Epistolam nobis in hospitium transmisit.
Sub Caenam Samuel nepos adduxit Swarzenbergum de Bobenberg, et Baronem filium Friderici à Zschwarzenberg, qui quod Joan. Friderico Electori militaverat, ditione sua privatus, quam Albertus Marchio: a dono Caesareo tenet, sic servi domini exulant, helliones papistici dominijs aliorum fruuntur Dominus tamen non derilinquet suos in finem

supervenit et Hoiensis secretarius.

Nota Comitatum Frisiae orientalis esse Feudum Comitum Hollandiae, ad imperium tamen hactenus pertinuit, sed nunc ea res se mutavit.

Pro Dne Jesu qui paracletum discipulis tuis promisisti, et misisti quoque pro nobis intercedere digneris apud patrem tuum caelestem, quo nobis eundem consolatorem spiritum impartiri velit, qui omnia nobis suggerat, ut et praeceptis tuis dediti eundem patrem per te in spiritu sancto amemus, et cum tremore reveremur, in sempiterna secula.

Nunciata est eadem mors Joannis Hilcken equitis aurati, et ducis exercitus Caesarium.

Abbas in Vneingarten, qui et ipse inter status imperii suam et sessionem et vocem habet, Homo iuxta Carnis prudentiam non ex omni parte solidus, dum sesquipedalibus verbis confederatio, et transactio terrarum hereditariarum Caesaris cum imperio praeponeretur, ait, sibi videri non absimile, si quis virginem viciatam alicui pro virgine incorrupta desponsare cuperet. Nam is meretriculam, quam posset muliebri mundo torque aurea annulis et eiusmodi, non solum ornaturus esset, quin et insuper laudibus huius pudicitiam, mores et quicquid esset, per verborum ampullas proco magna facturus sit. Ubi vero miser glycerium illud duxerit, habiturum eum et scorbum et metanea eum torqueri. Sic, inquit nobis dulce praecinitur melos, si autem imposita consenserimus, praeclara quidem res est, res nostra cum tantorum principum regnis et possessionibus esse unitas. Verum successivo tempore nostra insumentur et si quid adversi regionibus dictorum principum

accideri

acciderit, nos illis presidio et defensioni esse oportebit, et tum primum nobis laudato scorto tuum factum. Atque miser monachus me mercedis suo joco, aut comparative potius, nactus est ut et apud potentes traduceretur ac caesar illi dextram, in conventu principum pro more prebere dissimulaverit, ac torvè satis ipsum intuitus sit. Meretur tamen is monachus qualiscunque sit, huius consilij a Germanis merito gratiam, verendumque olim suo malae Germaniae experturam, quid voluerit hic abbas.

26. Aprilis in templo minorum, loco matutinarum precum quendam populo aliqua ex Evangelio Joannis prelegentem et exponentem collatione scripturarum audivimus, inter reliqua ait, qui se Deum gloriari amatur, eum etiam et manus et cor a vitijs continere oportet.

Eadem una omnes, excepto nepote, hospitium Archiducis visitavimus, cum autem ad atrium domus venissemus, edocti ab ante obambulonibus sumus, Archiducem summo mane nescio quo abijsse, Aedes igitur cancellarij Atrebatensis frequentare visum est. Ubi dum in areo Curiae lapides stratos trivimus, oportune Viglius adest, hunc Eubulus rogat, ut si ita sermo inciderit recordationem nostri apud Episcopum habeat.

Joannes Frater et Samuel nepos cum Electore Joanne Friderico prandi sunt.

A prandio Eubulus Licentiatum Nicolaum Majer, visitavit, Idem Licentiatus advocatum agit Ducis Wirtembergensis, qui et concitium conscripsit, an filius possit privari feudo ob Viloniam, ut juris periti dicunt, patris.

Mille et quingenti reperti sunt, qui de Ducis Vdalrici Wirtembergensis ferocia et illis illata iniuria querelas instituerunt, multis tamen visum est, hos in hoc vel pecunia allicitos, vel alias a potentioribus

nunc Actiones Ducis avientes, subornatos ee, cum alioqui dux ipse a suis intime ametur, et aequi tenacissimus dicatur.

In ijsdem aedibus, quibus nunc Majer inhabitat, olim Urbanus Regius commoratus est.

Filiolo Licentiati Majer duos aureos dedimus.

Majer, Archiducem allocuendum consulit.

Viglij authoritas post Atrebatensem prima est inter id genus hominum.

Nota, inter Jurisconsultos Italos disputatum ee, an is qui per Caesaris legatos aut commissarios a Vellonia absolutus sit, si ipse imperator non ratificaverit absolutionem in propria persona, absoluta esse debeat, an secus, et conclusum est, hunc absolutum non esse. Exempli gratia, Mediolani Dux olim per quasdem transactiones absolutus erat, et tamen dum a Caesareano exercitu passim affligitur, et dum de hoc conqueritur, illi praetendebant, eas transactiones ab ipsomet imperatore in propria persona minime confirmatas ee. Id in Italia plantatum, nunc floret in Germania.

Laurentius a Grussen, qui a puero Joanni Friderico Electori servierat, illi charissimus ante paucos dies hic Augustae in domino obdormivit.

Samuel nepos Eubuli noie Friderico Electori salutem dixit, per quem Elector jubebat ut Eubulo diceret se nra iniuria dolere. Nam de hac re se ab Ernesto duce edoctum ee, jubebat quoque Elector ut eum inviserem, id tamen non nisi explorato concilio Wilhelmi Comitis facere volui.

papistae INTERIM suscipere, nisi in hoc explorato papae concilio, nolunt.

Dido de Kniphausen et Secretarius Hoiensis coenae nostrae interfuerunt

Pro. Due Deus, omnipotens, misericors, paciens et benigne.
En quid sit de nobis, quia caro et pulvis sumus,
et quod nemo non viventium sit, qui rugis imo
multis maculis et sordibus non sit non infectus
nostra mala agnoscimus. Quamobrem te suppliciter
ut in faciem eius, de quo per servum tuum Davidem
locutus est, ipsum esse speciosum inter filios hominum,
suavitate gratiae refecta esse labia sua. Quapropter
et tu Deus, illius, benedixisti illi in aeternum, et
unxisti eum oleo laeticiae, prae consortibus suis,
auferentem rugas et deformitatem peccatorum
nostrorum, ipsius agni sine macula respicere digne,
ut deprecamur, ne permittas nos nobis, sed in
hoc filio tuo benedicto, omnes transgressiones nostras
nobis remittens, des fidem, des emendationem vitae
nec non charitatem et perseverantiam, usque ad
finem vitae per eundem dominum nostrum &c.

INTERIM illud ad diem D. Georgii
Martyris publicari debebat, sed interim nihil fit.

27 Aprilis in aede Mauritii Wolfgangus Musculus
concionatus est, enarrans haec verba, Ille vos
docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quae dixi vobis
ex cap. 14 Joannis. In quorum verborum ex
planatione a vicesima prima aprilis usque
in hunc diem, succedaneis concionibus perstitit
disserens, huius Doctoris doctrinam plus satis
ad discenda omnia, quae nostram et fidem et salutem
concernant, esse sufficiens, inquit, ad omnia doctrina
Apostolica est, et graviter peccare, quicunque
humana super hanc struunt, ut Papa et sui
hactenus fecerunt. Item quam nihil sacri sit
ubi hic Doctor non adsit. Item quam prorsus
nihil boni ex nobis ipsis agamus, et quam

corruptus sit fons iste memoriae, nisi hic doctor
omnia suggesserit, idque maxime eo argumento liquet
quod puerulus summa diligentia vix pauculas verba
Dominicae orationis inculcare queamus, et quam
labili, ea ipsa quae dedicerunt, memoria teneant.
Verum si nobis forte non considerantibus, quid turpe
aut obsceni sermonis audientibus puerulis, excidens
id mox patulis auribus arripiunt, et adeo avide
in mentes transmittunt, ut summa etiam
solertia opus sit haec illis eripere. Item quare
Christus dixerit, ille docebit vos omnia, quae dixi vobis
et non potius quae feci, adducens opera Christi
facta esse ex operatione patris, ad ea ad quae necessa-
ria et commoda videbantur, sicut leprosos mun-
davit, coecis visum restituit, et mortuos re-
suscitavit ad vitam, nec nos, ut omnia Christi
opera imitemur, teneri. Sed ut verba eius reci-
piamus, et ad horum praecepta, iuxta spiritus
illius vocem, a deo, patre et filio in hoc misso
fidem et vitam nostram instituere, nos astringi.
Summam n. scripturae esse agit, verbo innuit.
Eadem Dominum Attrebatensem conveniri cu-
piebamus, verum postquam diutius deambulatum
prodijt, tandem paternum hospitium adiens,
tanti autem erant petitores, ut nobis cum
alloqui non licuerit.
Ad prandij horam Illustrissimum Dnum Joannem
Electorem visitavimus. Mensae assidebant, philip-
pus, et Eubulus Comites a Waldeck fres
Henricus Baro a Swartzenberg, et Taffere His-
panus et Electoris Cancellarius Minchwitz.
Elector se nobis clementissimum exhibuit
interrogans de ijs etiam, quae homini in
tantis afflictionibus memoriae esse mira-
culi

miraculi vice duxeris. Et cum optimo principi meo uxorisq nomine, de exhibita nobis clementia gratias agerem, respondit se omnia libentissime fecisse, et signa in re utrisq rem gratam praestare nobis posset, illi semper id voluptate futurum. Consoletur enim vero, suo paracleto illo, qui omnes afflictiones huius principis in manu sua descriptas habet, Deus. Huius principis tribulationibus et haec adiecta est, ut tractatus inter Mauritium et ipsum protraherentur, eam quod commissarij nominari nequibant.

De INTERIM aliquot paginas legimus, Eadem Vnendetinus, Florus, et Melchior, Attrebatensi à prandio alloq abierunt petentes, ut causa nostra promoveretur, qui respondit, se omnia libentissime Caes. Mati narraturum, idq vel Crastino vel perendie

Or.o Domine Jesu, qui hodie, heri et in secula es, da, donec in hoc vitae curriculo sumus, tibi nos immitti, a te solo bona cuncta sperare, qui tibi ipsi dissimilis esse nusq potes. De INTERIM, à Sophis huius mundi excogitato, tu, qui es sapientia patris, statue. Sciant gentes, quod Deus est. Id te rogamus, qui vivis et regnas &c.

Vidimus apud Joaem Fridericum senem capularem annos climestericos iam dudum agentem, qui barbyton tangens, ipse quovis vel juvene saltando et Choreas ducendo, agilior.

Caenavit nobiscum Daro de Schwarzenberg Friderici filius.

28 Aprilis, in Caenobio Minorum concioni sacrae interfuimus,

Eadem p Nicolaum ~~Mayer~~ Gallum Monasteriensi a
pedibus ad eundem praesulem scripsimus,
Volebat et Florensis secretarius eadem Augusta disce
dere, sed ob morositatem Examinatoris tertium
remoratus est,
Ad quintam in hospitio Comitis Wilhelmi adfuimus
ubi dum in horto mensa sternitur praeter expectatio
Comitis venere Comes ab Eberstein frater Luscae
et filius eius Comes à Wuertheim unicus filius
et avunculus noster, Item junior de Papenheim
Franciscus Cunradus à Sickingen, Georgius Spedt
et alter Spedt, Item dominus de Zeltingen, Austrius
et aulicus imperatoris Carolus a Stockem praefectus
in Vneilburgh et Vitus Velbrugge, satrapas in
Vianden.
Risu dignum quod dum caesar p Rhenum navigio vectus
Nanstadium praeterlegit et Cunradus Franciscus à
Sickingen ipsum prandio excipere vellet, et matutinas
horas cum aulicis alignat, qui ante caesarem
eo adnavigarunt, liberalius potuisset, ac subito caesar
adventus illi nuntiaretur, nec non Caesarem recta
Nenstadium praeternavigaturum, Hoc nuncio
Cunradus Franciscus accepto festinus ad navigia Cae
saris properat, quam humilime polert Caesarem
rogat ne apud ipsum prandere aspernaretur deprecatus
est, At Caesar gravioribus occupatus id se modo
facere posse abnuit, ac humanitatis ergo Francisco
Cunrado dextram praebuit, Sychingen igitur vino
amorem iungens, Caesaris manum durius premit,
Caesare volenti manum retrahere ac abire conanti,
Sychingen fortius premit, sperans se precibus
posse Caesarem retinere. Et cum sic alignandum
inter nos pugnatum esset, ac tandem Caesar susceptum
iter prosequeretur, Caesar principibus postea con
questus est, se ex pressione manus ob chirogram et
podagram cruciatus maximos protulisse, et tamen
non potuisse Sychingum pudefacere,

Ibi certe comperimus Joanem a Hilchen, qui cum genero Vuilhelmi Comitis, comite Hermanno a Nienar abierat, vita excessisse, Qui Joanes Vuilhelmo Comiti, quod vetus eius congerro et multorum periculorum pace simul et bello socius ipsi fuerit, erat quachaussimus.

Nota de Tibicine, et Marchionis Electoris Mareschalco Anno superiore Caesare in Saxones ductante exercitum Hispanus quidam (ut est gens turpissimae sala, citatis et ineffabilis luxuriei) rustici uxorem spectante marito stuprare conatus est, quod videns rusticus, arrepto nescio, quo instrumento Hispanum confodit ac ipse ut dum vestitus erat, equo insiliens aufugit et ad H. Comitem veniens infortunium suum illi exposuit. Comes igitur rustici misertus, et quod de pauperie sua conqueriretur, coronatas quas illi donavit, Jubens, si posset, plures horum extirparet, et se illi copiosiorem pecuniam daturum

Pro Domine deus, quoniam nemo mortalium suis operibus salutem consequi potest, te deprecamur, crea cor munda intra viscera nostra, et principali spiritu nos confirma, ut sic in te pacem habeamus, in filio tuo Jesu, et quae tibi placita sunt, adiuvante nos spiritu tuo bono, semper cogitemus. Qui vivis et regnas deus vivus et trinus in secula &c.

Mart: Buce.

A domino et spiritu eius tantum vera libertas contingit.

29 Aprilis quae fuit dominica cantate in minorum templo divinis interfuimus, ubi primo Praelector caput 14 Math. integrum populo ex ambone legit ac confessionem publicam et obsecrationes, facere iussit. His praetis D. Leonardus huic in suggestu succedit, qui invocato divino nomine ex cap. 2 Math: legit haec verba: Defuncto autem

Ecce angelus Dni in somnijs apparentes Josepho
in Aegypto, usq ad finem capitis
statim a concione praedicatur his qui sacrae synaxis
participes fieri volebant, parenesin christianissimam
adhibuit, praelegens argumentum, exemoliosis
publice lubens praecipue Deum orarem ut ver
bum suum nobis diutius impartiri dignaretur.
Ceremoniae hae fere in Augustana Ecclesia
ubi populus ad sumendam Eucharistiam accedit
servantur. In choro templi Minorum altare
magnum est, ante quod posita est mensa
cum altari vectibus ligneis acclusa, ita, ut
soli sacerdotes intra illud spaciolum astent, et
posteaquam plebs utriusq sexus ordine suo stat
vel consederit. Parochus nonnulla, hunc actum
concernentia, germanico idiomate legit, verba
consecrationis proferens, et mox ministri Ecclesiae
facie ad populum versa, panem et calicem
in manus sumunt, recumbentes ad cancellos
atrioli, ita ut ad levam altaris feminae acci
pientes utramq speciem accedant, ad dextram
viri &c. eo tamen ordine atq ea decentia
ne vel viri mulieres vel mulieres viros
in accessu inturbent, Liberum quoq est
utriusq sexus Nobis, si quis panem e manibus
sacerdotum vel suis proprijs, ori suo admovere
velit, idem quoq de calice. Dum haec
fiunt, Eccla deo laudes decantat. post sumpsio
nem sacramentorum rursus per sacerdotem
fit admonitio. Leguntur preces sacrae
et sic Eccla dimittitur.
Dicebatur eadem Otto Perchenfeld advenisse
Eadem major pars familiij nrae, Regiae et
Caesareae missae spectandi ergo adfuere.
Ad tertiam pomeridianam D. Musculus prosecu
tus est textum Joan 14. haec verba: pacem
relinquo vobis, pacem meam da vobis, non
sicut mundus dat, eam do vobis &c.
Eadem dum pueri in colliculo ante aedes hospitis
nri

turi ludunt et coarsitant, infantulus quidam
e muro ad inferiorem plateam decidit et
brachium et caput laesus.

Oro Dne deus, filius tuus dilectissimus ad te ex hoc
mundo ascendens ad suos ait: pacem relinquo
vobis, pacem meam do vobis, non sicut
mundus eam dat, ego do vobis. Haec igitur
verba filii tui ad memoriam revocant
pessimam fraternitatem tuam suppliciter
rogamus, pacem tuam, quam per incredulitatem
et iniquitatem vitae amisimus nobis redde.
Verbum tuum nobis obtulisti, cum omnes restiti-
mus, nam pars haec salutem nostram per-
tinaciter repellimus. nonnulli vero ex nobis
verbum tuum ex imo pectore amplectimur
et te confitemur. Dum igitur sine te
nulla nobis vera vel requies vel pax con-
tingat, nec sit alius qui veram pacem dare
queat, in Dno nro Jesu Chro pacem nobis,
cum, quam mundus dare non potest, ut sit
pax conscientiis nris, quo et te ex toto corde
amare, et pacem cum proximo habere valea-
mus, cui cum filio et s. sancto omnis potestas
imperium et honos sit nunc et &c.

30 Ultima Apulis in templo minorum intra 4tam
et 4. D. Leonardum ex cap 27 Matth. sermo-
cinantem audivimus, de verbis pharisaeorum
ad pilatum ob custodiam sepulchri dominici
ubi inter reliqua ait, Non debere nobis
mirum videri, si de nobis non omnia pro
aequo et decoro, (licet inculpati) alicubi
essemus, dicerentur. Cum haec domino acciderint
et meminerimus nos qui Chri nomine gloriamur,
discipulos esse, et quod discipulus non
supra magistrum, cui etiam post mortem
mendacia intentant, planum eum et se
doctorem nominantes. Item de commisso
pilati, qui tametsi innocentiam Chri probe
spectam habuerit et invidiam eorum
suboleverit, imo re ipsa experiretur, tamen

spe lucri, et ne malam Cæsaris gratiam iniret,
Scribis, Pontificibus et Phariseis, cum eorum com-
plicibus, morem gesserit, quales et nunc non
pauci, et nostra ætate inveniuntur, qui aversa
à Deo facie et corde, reboante etiam ipsorum
conscientia, Prælatis et potentioribus inhian-
tes, lucello et opimis redditibus eorum collu-
dunt; Item quod Pilatus phariseorum petitio-
non gratis assenserit, sicut nec vigiles ad
sepulchrum absq; numerata pecunia, custo-
diam egerunt; quamobrem et olim Germanis
in proverbium abierit; Nimanet wartet
deß heiligen Grabeß umbsonst; Quo per-
spicatius Christo intentatum Phariseorum
mendatium agnosceret; dixit discipulos non
potuisse quidem corpus Domini, ob advo-
lutum saxum sepulchro, furto auferre:
Tum quod etiamsi voluissent illud tollere,
tamen quo reponerent eos non habuisse,
Tertio discipulos adeò fuisse meticulosos,
ut domino etiam præsentia sua, et multis
miraculis æditis, illis resurrectionem
suam inculcare penè labor fuit, ut
liquet ex incredulitate Thomæ etc, Pauca
adjecit de fructu resurrectionis Christi;
et tantum triumphum fideli et memori cord
sepius recolere jussit.

Inter obsecrationes, hoc mihi mirum in modum arrisit, quod quidam, cujus nomen Domini notum est, sic in schedula conscribi jussit; Inter nonnullos simultatem maximam obortam esse, unam ergo partem Ecclesiae, praeces sibi subsidio esse petere quo Dominus pacis utrisque amarulentiam et odium ex animo eripere digneret, ut juxta christi praeceptum, sicut christianos homines decet, et postliminio invicem in gratiam redire possent;

Eadem johannes Hagke, Secretarius comitum de Hoja, collegam suum ad nos misit, qui nobis diceret, si quid scribere domum vellemus id otius fieri oporteret. Cui ad Dominum socrum et uxorem, literas perferendas dedimus; honoratus est à nobis duobus aureis.

Eadem pro responso sollicitatum, Astantes etiam in Palatio Atrebatensis, ubi italorum Hispanorum et Germanorum, diversi sollicitatores aderant; Inter quos etiam Bremenses, quibus omnes mala ominabantur, potissimum quod comitem Albertum à Mansfelt, in sua urbe hospitio exceperint.

Quibus egredientibus ex conclavi Episcopi, facies eorum testimonia dabant, quam amicè —

si Dijs placet, ab ipso fuerint excepti, si modo
Plinio credimus. Frontem et lætitiæ et tristitiæ
inditum esse; Aderant quoque ibidem Marschalcus
de Schomberg, et Franciscus Conradus de Stikingen
tandem post diutinam moram, Atrebatensis
ad patrem Granduelam adijt, adeo autem
undique ab his qui causas suas promotas vo-
lebant, stipatus erat, ut Eubulus frontem
perfricare cogeret; ac Gallice rogare Epis-
copum, quo comitum à Waldeck mentionem
habere vellet, respondet itaque præsul, se
hodie primum negotij nostri descriptum ac-
cepisse, et quamprimum ad Imperatorem
introire possit, se Cæsareæ Majestatis resolu-
tionem super his petiturum, hoc responso
contenti abimus.
Habet Atrabatensis in scribarum sorum
numero Secretarium Noricum ex gente Pinzii
quem dum conveniremus, ait, se unam quidem
causam apud Episcopum acturum. verum
ad primum temporis viglium et seldum,
decretum concilij imperialis Episcopo de-
tulisse, rogavi præterea ipsum, si qua
causæ mentionem a hero suo fieri audire
omnia in meliorem partem interpretari

satageret, me et fratres illi non ingratos futuros, praebuit spem bonam, ait quoque imperatorem non facile decretum consiliariorum mutare, sed semper fere illud, ut ipsi praeposuissent, subscribere, nisi personae quas concernat, ejusmodi essent, quod summum adversus eos Imperator odium concepisset; Interrogavit etiam num ea pecunia, quam comes â Solms â nobis exegisset, soluta â nobis foret, nec ne respondi, non, verum id non per nos, sed per Imp: Matem: staret, si is jubeat et contra Cattorum Principis iram nos defendere velit, nos libentissime eam pecuniam Caesari deprompturos. Quamprimum in hospitio devenimus; Johannes Hagke Secretarius Hojensis ad nos venit, qui acceptis mandatis ad uxorculam nostram, ad comites suos contendit; quod et illi et nobis Deus bene vertat,

Eadem comes Ernestus â Solms nobiscum pransus est, ei cum mensae accumberemus, Adrianus â Zertsen supervenit, qui longa verborum ambage produxit scriptum (ut vocant) compromissi, inter coloniensem, et nos Archiepiscopi Sigillo ad id appenso.

D.

Cum tamen post tot nostras praeces, ne vocula quidem in eo immutata est, sed suus sanctus bis erat rigor penè Tyrannidem sapiens. Ast frangenda haec nux erat, etiamsi facilè videremus, in quo haec modò cuderetur faba.

Tamatum ferebatur jussu Caesaris, multa insignia militaria confici, cum hac inscriptione, unus Deus, una fides, unus Rex;

Vidimus eadem in domo Ottonis Argentarij molam ad poliendos Adamantes paratam, et re ipsa comperimus fabulosum esse, quod Adamas non nisi hircino sanguine tepefacto, frangatur, sed terendo politur, et eo pulvinsculo, qui ex duabus gemmis, inter se attritis decidit oleo olivarum admixto, terendo super orbem plumbeum teritur et comminuitur. Adamas non politus, colorem habet subcineritium foras hispidior.

Heri Domina princeps apud Ferdinandum, hodie apud Caesarem causam suam agit.

Vidimus apud eundem Othonem Aurifabrum, thoracem holosericam arte Phrigia depictam cum lumbis ex auro puro puto variè decolorato, cathemularum annulis, obductam, quae tribus millibus florenorum non venijt, Is otto quod è Colonia Agrippina oriundus esset, nobis animo propensior erat, et quotidie ferè nos cerevisia honoravit, Et post discessum nostrum vita excessit,

Quem (faxit Deus) ut cum omnibus sanctis adve-
niente, Domino Jesu Christo, nos iterum videre
valeamus;
Eadem frater Philippus et ego in horto consulis
Herbrosi fuimus. Hortus scamnis herbaceis
herbiatis pratis, Dedalijs ambulacris, piscium
vivarijs, aquis vicis ex flumine Lyco
deductis, scaturientibus fontibus, interim
aqua puteali quoque vinctis et arboribus vario-
rum fructuum superbit; Insunt quoque his
hortis domunculae aliquot, quarum parietes
Caesarum facies, ad vivum depictas habent,
ac cujusque aetatem literis majusculis annotatam,
Ast modo non vacat hujus horti delitias de-
pingere, qui decem millium florenorum
sumptu hero suo applauditur;
Eadem Liborius langueus lecto decubuit,
Vidimus ante aedes cujusdam civis, in sub-
urbijs Augustae, habitantis arma Caesaris,
cum hoc emblemate: MANET VIRTUTE QUE-
SITUM DECUS.
Hausonem Kinslerum metatorem Regiorum
hospitiorum, ad coenam vocari jussimus, verum
is ante dies aliquot Viennam reversus erat.
Caesareani Jurisperiti. Ducatum Wirtenber-
gensem feudum quidem Imperij esse permittunt

Sed ea lege, ut is ducatus, à domus Austriæ Du-
cibus Wirtenbergensibus in feudum collocetur.
Id verò jure an vi fiat, ipsi videant, Nam
Wirtenbergenses longe alia afferunt de hoc
ducatu.
Ein contract ist daß fünffzehende thel eines
gulden.
Johannes Colman sicut et præceptor ejus fuerat
Augustæ, in ædibus nostro hospitio contiguis
habitans. et Cæsareæ panoplia magister est
et armorum faber. Huius ædes Cæsar annis ab
hinc decem et octo, eo quod se id facturum
in Hispania huic promiserat, cum paucis in-
visit, et uxorem ejus cathena aurea, et fabros
viginti aut triginta taleris honoravit.
Ezo. Domine Deus verax absque vanitate justus
et rectus, qui tuis etiam, quæ mentem et
corpora eorum recreant, (modo id cum gratia-
rum actione fiat) non invides, da ut in donis
tuis te agnoscamus, et ita veneremur ne
creaturas, tibi Domine creatori præferamus, sic-
quæ his fugacibus muneribus fruamur, ne immor-
talia amittemus, et te patrem æternum, cum tuo
filio benedicto et spiritu sancto, sive nobis ex
voto, sive secus res nobis acciderint, colamus,
per christum Dominum nostrum Amen.

Eadem Hispani sepeliebant, quaendam magnatum ex eorum albo, qui crucem purpurei coloris in vestibus ad pectus gestasse; Christianum putant, cum hujus corpus in fossam sepulchri immitterent primo sacrificuli, deinde caetera turba funus subsequentium, quantum vola manus terrae comprehendere poterant, super ipsum funus jecerunt; deinde vespiliones fossam terra replebant; cujus animae misereaturis qui novit eum.

Prima Maij D. Musculus ad D. Mauritium ex capite 14 Johannis haec verba explanavit.

Ne turbetur cor vestrum neque formidet, etc. sed nos serius advenientes, omnia dicta ejus non assequuti sumus; inter caetera autem dicebat; perturbationis et timoris Apostolorum haec potissimum in causa fuisse, dum audijssent, Dominum ab jis discedere velle, ignorantia scilicet rerum et expectationem terreni alicuius regni, in quo ipsos se Dno in principatu proximiores futuros, spem animo conceperant, ambitionem quoque ut in filijs Zebedei per matrem eorum, unus ad dextram alius ad sinistram sedere possent petentibus liquet. Item inutiles et supervacaneas

tristicias &c; Item longè aliam Domini christi finisse conditionem, qui omnium qui illi accederent, et ad quem finem pertinerent, prescius erat, habuisse verò discipulos nullam sui doloris aut timoris justam causam.

De timore hanc similitudinem adhibens, sicut influente turbida reddita aqua fundum videri potest, et in limpidissimo fonte si aquas moveas claritas non apparet, Ita in corde hominis timore perturbati cogitationes puræ et præclaræ non oriuntur; Quod autem discipuli timoris sui justam causam non habuerint, has rationes reddidit, Primò quod Dominum ipsis, pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis dixisse noverant, Secundò, tametsi tristicia ex hoc quod Dominus dixerat, (vae) affecti fuerant meminisse tamen debebant. eundem quoq; dixisse; Iterum venio ad vos &c, Tertio ea quæ christo eventura erant, nihil illis periculi allatura essent; nihil enim id temporis illis durius aut malj illatum est, licet post temporis præfinito ob christi gloriam sanguinem suum effuderint: postremò etsi quid ejusmodi sufferre debuissent, moneres

tamen eos et causæ suæ bonitatis et verborum Christi esse oportuit, etc. Inferens insuper de bonitate causæ, quam professores evangelij, et ipsis adherentes defendunt, quæ semper fuerit, est, et futura sit justissima, et eam esse talem, cui nemo resistere possit, nec quod nobis adversi quippiam hic Augustæ, inquit, accidit, bonitas causæ nostræ in culpa est, quam adhuc sustinemus in perpetuum; Est enim causa non honoris nostri et operum nostrorum, sed ipsa Domini veritas doctrina sinceritatis et recta sacramentorum administratio, bonitatem causæ, inquit, habemus, ea verò quæ sunt, præter veritatem Evangelij, divini nominis honorem, et non faciunt ad salutē nostram, apage sint et valeant in malam crucem. Si verò nobis hic non omnia ex votis cesserunt, et nonnulla inique perpessi sumus, id non optimæ nostræ causæ sed quod nos in hac re non ut decuit gesserimus, et ingratitudini nostræ ac maleactæ impenitentiq vitæ nostræ acceptum feramus. Nam inquit apud nos Augustanos, nemo vel obulum pro administratione sacramentorū opus habuit, et tamen adeò nobis conciones

Sacræ, ipsa simul et Sacramenta toedio fuerunt, ut abominari ea videremur, hæc, inquam et similia nobis malorum ansa fuerunt, non quam gerimus causa, etc. Repetijt et hoc, christo non satisfuisse quod diceret, Non turbetur cor vestrum, qui neq; formidet, adijceret, jussit igitur ut in optima causa animos nostros non desponderemus, ac semper nos ex verbis christi consolaremur et erigeremus, etiamsi potentissimos orbis causæ resistere cernamus; fuerunt, inquit, Apostoli piscatores, idiota, homines abjecti, verum tam magnæ aggressi sunt confidentes et erigentes se spiritu â domino illis in hoc dato, et recordatione verborum christi. Nihil igitur vos offendimini, si nos fortè succumbamus, maltè virtute et animi viri fortes estote, nec animum abijciatis: nostis enim quidnam et Ethnici de bono viro dicant. Quod â recto discedere non debeat, dixere mundi crepēt, licēt rumæ et fractus illibatur orbis, etc. Item coarguit, quod immisericordes passim ergò perturbatos, et afflictos simus, ita ut afflictos præterea, mus, non solum non consolantes, sed insuper eos aut derideamus, aut præsuperbia contemnamus, quod et David in persona christi psalm: 22 conqueritur (lege totum psalmum) jussit igitur Archetipon nostrum, christum imitari, miseros verbo Domini sustentari, hic enim discipulos nusquam inconsolatos reliquit. Duo itaq; hæc nos amplecti

præcipiebat, ut scilicet verbo Dei imitamur ac nos ipsos una ac fratres, in afflictionibus invicem verbis domini et recordatione promissionum ejus solemur, ac Deum oremus, ut spiritum suum bonum mittat, qui nos in verbo corroboret et domini voluntati obtemperare doceat, fiat ita et Amen.

Musculus doctus et pius, multis leonibus, Aquilis et Gryphis timori est. Memor sit ejus Dominus juxta bonitatem suam.

Eadem venit scriba furtitius ille afferens scriptum;

Eadem nobis Hermannus Ab Amelunxen, ex jurislicentiato pejor capitaneus factus, qui et mihi videbatur affatum nostrum appetens obviam venit.

Nepos Coloniensium et Moguntinensium, Aulas exagitat, faxit Deus, ne illi male cedat.

In Dominico Augustanæ in candido marmore hoc monumentum deauratis literis insculptum Melchior Lindius nobis exacavit, ut præsens ostendit schedula.

Augustæ Vindel: in templo
Divæ Mariæ.

Imp: Cæs: Otthoni iii. ex gente magni Widekindi, Saxon: reg: Cæs: Otthonis Aug: ii filius Cæs: Otthonis aug: magni nepo: Regis Henrici

Aug: Aucupis. pronepo: Otthonis ducis Saxon,
et Romani imperij gubernatoris abnepot:
Luitolphi Saxon. 2. atnep: Brunonisque Saxō:
duc: et Widekindi fratrum Trinepoti ob x. Kind
febru: Anno salutis. M. II. Regni XIX Imperij
V. quod viscera ejus hic condita ~~esset~~ jacent.
Fridericus III. Dux Saxoniae princeps elec-
tor. comes provincialis Thuringiae. Marchio
Misniae et Sacri Romani imperij locum tenens ge-
neralis. Progenitoribus dulciss: faciend: cura-
vit. Salut. Anno M. D. XIII. V. Idus Maij.
Dolet coxici aves ad eo xopaxos advolare,
nam Adolphus Archiepiscopus et caeteri murmu-
rabant, quod Eubulus Musculum et alios convivio
excepisset.
Eandem Liborius et Vendelinus ante meridiem
Atralatensem convenire nequibant. Doctorē
vero Hasen allocuti sunt.
Haec dies vel quod D. Walpurgi sive mavis
Apostolis Philippo et Jacobo sacra foret. aut
nescio quam ob papistis ab Ethnicis desumptā
consuetudinem, celebrior erat (erat autem
prima Maij) a multis Hispanis et alijs, frondes
omnium arborum et equis et mulis, nec non et cor-
ruibus urbi importati sunt. Qui unum et perpe-
tuum ver est, is nobis conscientias nostras

ritè vernari, in præceptis suis, et in christo, donet, quo nos ad antiquum dierum cum lætitia perveniamus;

A prandio Liborius et Weadelinus rursus Atrebatensem requirunt, qui aurea promissa dederat.

Marquardus hac septimana nos nihil responsi accepturos divinabat;

Deinde fratres et ego comitem Wilhelmum super scripto compromissi, cum ipso consultaturi, adimus. Apud quem hinc inde disputatum est. Sed frugiferi parum inde emanavit; visum est nobis ob quosdam sermones, novercam nostri egregiam mentionem, (si Dij volunt) apud comitem Wilhelmum fecisse.

Conditur novus articulus inter Coloniensem et nos, si recipiatur, et alium hic procreaturus est.

Hæc ipsa dies terminus erat centum et sesquicentum florenorum. Novercæ in vitalitium solvendorum.

Martinus Bucerus contra Vintoniensem.

Ab hominibus hujus seculi condemnari & haberi ludibrio, proprium est eorum, quos justificat et glorificat Deus.

Eadem dum Cæsaris aliq proceres Aulici pila ludunt in theatro, Augustanorum civium expensis et sumptu, in hoc constructo, subito murus cadens subsidet. ruina sua latomos duos,

et non paucos ex alijs brachijs et crucibus ledens, licet vetitum sit, ne proderet unum aut alterum ex hoc casu mortem oppetijsse;

Iberi qui in Ducatu Wirtenbergensi hiberna egerunt, Hispanis suis Augustae torpentibus, quotidie plaustra aliquot ferinae mittunt. Narratum quoque nobis est, Coriarium unum hic Augustae habitantem, nonagintas cervorum pelles ex venatu Hispanorum, sibi hac aestate comparasse. Sic miseri Germani, magno agricolarum dispendio et ipsorum ludibrio Iberorum et Regiorum adulatorum genti, suas venationes reservarunt.

Oro Domine Deus et pater caelestis, tu ipse es, qui et quorum tu vis misereris, et eorum orationes exaudis. Propterea ad te omnis caro veniet. Exaudi nos quaesumus, per admirabilem justitiam tuam, tu enim es Deus salutaris noster et spes omnium finium terrae, ac a mari longe, propitius esto Germaniae tuae innumeris modis afflictissime. Tibi Domine fatemur, peccavimus, contemnentes tuum verbum, et ingrati erga benignitatem tuam fuimus. Propterea nobis haec mala omnia contingunt, sed nunc Domine recordatus filij pacificatoris et misericordiae tuae antiquae, tu nos corripe, sed non in furore irae tuae, ac libera nos de gente hac non sanctae

Et quia populus tuus sumus oves quoque pascuae tuae, in viam tuam nos reduc, quanquam enim o pater juste, millies majora his mereamur, quia tamen apud te propitiatio est, terribilis non sis, idque per Jesum Christum filium tuum, qui tecum cum spiritu sancto vivit et regnat unus et idem Deus, per omnia secula seculorum Amen.

In consilio imperiali aliquando tentatum est, rebellibus in gratiam acceptis, harum trium optionem dare. Ut vel Archiducem in Hispanias deducerent, aut proprio aere caesari in Germania ad menses aliquot militarent, aut magna pecuniae summa (quod et nobis evenit) se redimerent.

2. Maij Amanuensis ille Augustanus scriptum aliquod nobis afferens venit.

Eadem D. Musculus hora et loco consuetis ex capite 14 Johan: verba haec enarrando prosequutus est scilicet: Audistis quod ego dixi vobis, vado et venio ad vos. Si diligeretis me ganderitis utique quod dixerim, vado ad patrem, quia pater major me est etc. Inter caetera ait, ex hoc quod Christus dixerit, jam instante malo. Si diligeretis me, etc. duas quaestiones oriri, unam, num Christus de amore discipulorum suorum erga se dubitaverit, alteram an discipuli Christum amaverint. Ambas (si recte memini) sic solvit. Certum esse Dominum

à discipulis persancte adamatum, neq; etiam dominū
de hoc vel dubitasse vel dixisse, sed cum amor dnos
gradus habeat, unus est ut amicus cum amico libentissi-
me conversetur et agat, quod et maxime à disci-
pulis factum sit. Is gradus quoq; ex verbis christi
constat, ubi dicit. Pater ego mansionem apud eum
faciemus etc. Alter gradus est, quod adamatus vel
adamati, honorem gloriam et fortunas, sive magna
sive parva, ab eo acceperint, promota velint, et
in hoc studio delectantur. hic autem in discipulis
adhuc aliquid carnem sapientem hesisse. Quod ta-
metsi christum redamaverint, non tamen veram
ejus gloriam quæsiverint, nec eas res de quibus Do-
minus dixerat, justa meditatione et deliberatione
animo perpenderint; item hoc exemplo sui amo-
ris, christum nos hæc docere voluisse, primò
nos Deum patrem et spiritum sanctum amare
debere, amare magistratus, amare verbi mi-
nistros, parentes, Dominos, proximos, itaq;
et mutuo et reciprice. Obiter quoq; de de-
centi ordinario et justo amore, et qualis is
sit, dixit exempli gratia. Si uxor ita ma-
ritum adamaret, ut illum cochleæ instar sempr
domi herere velit, quod ipsa semper illo frui
queat, nec foras ad negotiationes suas aut
ad alia necessaria munera obeunda præ amo-
re, hoc carere ad tempus vellet;

Hic, inquit, amor nec commodi nec decoris quicquam habet. Nam hoc utrisq; et in damnum cederet, et culinae aerisq; familiari dispendium inferret, non absimile sit. Si pater aliquis filium, vel ad aliam urbem, vel ad exteras nationes, vel ad excolendum ingenij sui solum, vel mercaturam aut artem Mechanicam, discendas mittere destinaverit, filius verò tanto amore erga patrem affatum se esse praetenderet, ut se à patre non divelli velit, nec alio mitteret patere: Nonne hic futilis esset amor: Nam filium in omnibus obedientiam patri praestare debere, utiq; quod pater melius novit et perspectum habeat, quid filio praesit, ac secus quam filius agnoscere, aut scire ipsemet possit. Sicq; et discipulorum amorem, non ex omni parte integrum fuisse; qui Christum apud ipsum hic in terra mansisse, magis optassent, quam ad tantum salutis opus et gloriam suam transire, Item idem fore, si quis in luctu ob obitum parentum vel amicorum moerore super vacaneo lugeret, contristaretq; quasi illis vitam beatiorem, in coelestia patria, invideat. Dolor enim inquit de amissione, vel parentum vel amicorum justus est, verum is suas metas habet, quos ultra citraq; agredi non decet; Id quoq; notavit, dominum non verbis durioribus

Ostum esse, quale est moriar, aut simile, sed sermo-
nem per expositionem mitigasse, scilicet, vado
ad patrem, sicut Paulus non dixerit cupio mori,
sed dissolvi cupio. Non est enim res tigna, inquit,
diuiore oratione de morte inter Christianos dis-
serere, quid enim aliud, inquit est mori, quam si
quis amnosum et vetulum caballum, qui toto die
currum vel bigam traxerit, jam lassum sub
noctem solvat, requiescere permittat, interim
et palulum illi praebens. Non aliter ait, vetus
noster, Adam in Biga carnis emaceratus, et anima,
quae è superis et insuperna revertitur in ergas-
tulo corporis detenta, in morte solvitur, et tunc
caro et ossa requiescunt, anima verò libera ad
beatam patriam remigrat. Ad hunc insit, modu,
pius pater familias, morbo debilitatus, ubi se morti
jam vicinum viderit, liberos vel amicos hortari
vel consolari posset; Nolite moerore affici, ego
enim jam diutum in hoc stadio currendi, aut hujus
itineris sum pertesus, vado ad quietem non morior,
coelum repetam, ubi semper cum domino ero etc.
Atis addidit de verbis domini dicens, quia pater
major me est, ex loco hoc Arianos virus suum
sugerunt, qui Christum in persona patre mino-
rem esse contendebant. Sed si consideraset, inquit
D. Paulum ad philippos 3. Aequalis Dei forma est
et homo etc Allegans et locum D. petri.

Symbolum quoque Athanasij qui de christo ait.
Equalis patri juxta divinitatem, minor patri juxta humanitatem etc. Nec est inquit filius christus nec in duo divisus, sed verus Deus et verus homo. Sicut de Deo patre dicere possumus, pater est in coelo pater est in terra; quod utrumque verum est, nam anima patris in coelo, corpus verò in terra est, at de his se luculentius ad feriam sextam dicturum promisit. Est enim musculus verborum Domini elegantissimus dispensator, qui nec unum jota, vel apicem, ne dicam vocula inexcussam relinquat. Confirmat in ipso Dominus quod operatus est in eo.
Eadem is qui ante paucos dies cum sodalitio concameratum Mauritij Electoris injussus referaret, furca suspensus est, quem quia Burgundio erat. Dominus de Grandevala, aut non puniri, aut fuga elapsum voluisset, sed Mauritius Elector institit, ut loco publico, ante curiam senatorum Augustae suspenderetur.
Qui sub supplicium psalmos aliquot oravit, Deo animam latine perorans commendavit, qui eum ob filij sui mortem, ut speramus suscepit;
Frater noster Philippus et Wendelinus Doctorem Carolum Harst adiere, et apud Atrebatensem sollicitarunt.

Eadem frater Johannes nobis mortem infantis Gott
hilff in Marxsula indicavit. Quem procul dubio
juxta nomen, quod prius sortitus est, Deus per-
petuo adjutorio erit.
Martinus Bucerus contra Vintoniensem antiquissimi
Ebreorum, eos, qui ultra idoneam matrimonij ætatē,
coelibes manent, idq; non causa discendi legem Dei
pronuntiant obnoxios esse criminis fusi sanguinis
inimitaeq; gloria, et Majestatis Dei, in populo
Israhel, et indignos proinde, qui in populo Dei tollerēt.
Tanti fecerunt officium procurandi liberos in populo
Dei; cum his consentientes sapientes Graecorum cen-
suerunt, eosq; qui usq; ad annum tricesimum quartum
coelibes essēt, et mulctarentur pecunia, et afficerent
ignomia, et nominatim ea, ut nemo illis eum honorē
exhiberi senioribus.
Aleæ ludus fructus, hinc apparent, quod nudius tertius
in aula Mauritij, puer aulicus adolescentem nobilem
cum ipsa alea certantem, nullam ob causam, quam quod
verbis ab eo corrigeretur; ilia transfodit; qui et heri
terræ fidæ matris reconditus est.
Funfzehen hundert Barchet macher, die vor
Meister geachtet werden, ohn waß sie vor
Knecht haben. seindt zu Ausburg wonhafftig.
Et hi sunt textores, qui christiana utentes li-
bertate, contra præscriptum Moisi, telam et
vestes ex lana et lino conficere didicerunt.

Eadem molas aliquot, in quibus papyrus, quae regalis vocatur, ex crustatis et peplis lineis conficitur, et unus liber ejus papyri ibidem decem crucigeris venijt. Vidimus et hortos latissimos, cum mansiunculis aliquot et scopum non unum, in quibus Hispani, nec non et cives, urbis Augustae, balistis arcu (ut vocant) Anglico cathapultis, et quicquid ita est instrumentorum ad torquendas sagittis et glandis inventum se exercitant.

Eadem, duo nescio cujus conditionis homines, hoc certamine de bravio contendentes, ut unus ova ducenta, recentia non cocta, ita in ordine disposita, ut singula cubitos duos, ab invicem seposita essent, ac alter certantium, ovum post ovum a primo ad ultimum recurrens, sportulae imponeret, cavens ne ullum lederetur; nam si alicujus putamen confractum fuisset, jam actum erat de bravio. Alter verò intra horam et quartam horae partem, urbem extra moenia, circumcursitaret, mihi autem incertum uter eorum vicerit.

Eadem Hispani et Burgundiones, eum qui ante meridiem, ut dictum est suspensus erat, ipsimet de patibulo depositum, Pheretro Holoserico contecto imponunt, monachus et sacrificulus ad utrumque funeris latus ardentes ceros portantibus, uni vespilionum pertica longa crucis

signum super lucernam gestante et praeeunte, suo more terrae condunt; nam apud ipsos furari piaculo non ducitur.

Ego Domine Deus magne, sapiens miserator et juste, tui et coeli et orbis terrarum sunt, tuisque omne solum patria est. Et praeter haec etiam orbem terrarum, per homines sapientes inclimita regna, Dinostias et domini tuae divinae sapientiae disponere placuit. Quoniam igitur mihi indigno et misello tui orbis terreni portiunculam aliquam de libertate tua gubernandam impartiri dignatus es; te per eum quem pro nobis victimam fieri voluisti, quemque unicum mediatorem et testi veniae, ante te patrem aeternum, Jesum Christum nobis dedisti, deprecor, ut apud principatus hujus seculi, gratiam, citra tamen nominis tui dedecus et animulae meae periculum inveniam, in terramque nostram revertens, vocationem qua me vocasti tibi servire queam; fiat autem voluntas tua bona et sancta. Veniat regnum tuum perfectum, contra quod nunc cinis et terra, tam superbe insurgit, panem verbi da et corporis, patres bonos

Haec filiola tum cathari-
na major natu sola erat
nunc autem ab eo anno,
scilicet 1548. usque in
hunc 1566. ad diem martij
20 a domino auctior red-
dita est, supputatis quo-
que his, quos Deus in bea-
tiorem ad se vitam revoca-
vit nimirum.
Francisco, Elisabetha,
Henrico Wilhelmo, Amalia
et Iohanne Gunthero
Anna cum Anna Erica,
Josia, Alheida Walpurg,
Iuda, Magdalena Lucia
Wolrado et Catharina,
Anasthasia, quos Deos
optim: maxim: incolumes
servare adhuc diu, nec
non diutius regere ac
benedicere dignetur Amen.

bonos largire, et subditos serva. Sed
tibi cura uxorculae et filiolae, et quoniam
omnia quae justae nos premunt, ob multi-
tudinem peccatorum nostrum patimur,
dimitte nobis debita nostra, siquidem
et nos (ut te donante) remittimus debito-
ribus nostris. Et ne nos inducas intenta-
tionem, hoc est, o pater ne nos nobis
relinque, ne post liminio mundus, caro,
et veterator serpens ille Sathan, a
filio tuo devicti nostri dominentur, sed
libera nos a malo, aufer tristitiam inuti-
lem, et da contricionem veram, spemque fi-
delem, et quia de die in diem tempora
in peius vergunt, largire o domine quo
te vocante, prompte et acidis animis,
ad coelestem patriam redire cupiamus,
ut tandem vero a malo liberemur. Interim
carnes meas timore tui confige. mihi refu-
gium sis et virtus. Nam non nisi in misericor-
dia tua, virtus mea consistit; concede
mihi et populo tuo et domui meae prae-
esse, ut omnes actus nostri gloriae tuae
serviant, tibi cum filio tuo dilectissimo
una et sancto spiritu, sempiterna
sit honos et gloria, in cuncta seculorum
secula Amen.

3. Maij D. Leonardum ex capite 28.
Math. concionantem audivimus super
haec verba.

E

Quæ cum abijssent, ecce quidam ex custodibus vene-
runt in civitatem, ac renunciaverunt, principibus
sacerdotum, omnia quæ acciderant, et congregati cum
senioribus, consilio habito, pecuniam copiosam de-
derunt militibus, dicentes. Dicite quod discipuli
ejus nocte venerint, et furati sunt eum vobis
dormientibus, Et si hoc auditum fuerit sub præside
nos persuadebimus ei, et securos vos faciemus.
At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant
edocti, et divulgatus est hic sermo, apud judæos
usque in hodiernum diem. primo, inquit, audistis,
ut scribæ et pharisei et seniores excecati ac
rabie et invidia perciti, christo Domino non
solum restiterunt, sed et ipsum traditum Pilato,
cruci affigi curarunt. Nec hoc eorum odio
et invidiæ satis erat, quin etiam jam mortuum,
mendacijs onerant, et commento confecto, sepulch
obsignantes, custos eidem adhibuere. Benignis-
simus autem dominus noster Jesus christus, per omnia
eorum salutem quærens, gloriosam resurrectionem
suam, non per discipulos, non per mulierculas,
aut per homines, quos ullam ob causam, suspec-
tos habere possent; sed per eos quos ipsi suo
ære ad sepulchri custodiam conduxerant, ipsis
annunciari voluit, verum ne hoc beneficio,
eosque ut salutis suæ rationem habere voluerint,
adducere potuit, quin insuper ipsam verita-
tem, mendacijs et largitionibus obruere conati

sunt. Ad hoc et prioribus malis, excusationes in peccatis addentes, militibus polliciti, se illis pacem apud praesulem, vel potius socordiae et mendacij, impunitatem procuraturos. ostendit autem hic Ecclesiasticus per aliquot argumenta quam non Judaeis in mentem venerit, veteris proverbij, mendacem oportere esse memorem, et hanc unicam mendacij mercedem, et quicquid mali inde contingat, in ipsius mentientis caput resiliat, ut verò illis acciderit, juxta Davidem prophetam, mentita est iniquitas sibi. Itaque mentiendo effecerunt, ut omnis proditionis eorum culpa, non in innoxium Dominum Jesum Christum, sed in ipsosmet redundet, etc. Similiter inquit, et Deus erga nos longanimis est, non statim delictam nostram punit, ast nemo hoc ferocitat, aut impenitens permaneat, Si enim sic periremus, non Deo qui nos per omnes modos, in Christo ad salutem vocat, sed inobedientiae, incredulitati et ingratitudini nostrae hoc acceptum feramus. Et summoperè caveamus, ne si fortè Deus per sugestionem. S. sancti aurem nobis vellicet, ne hoc aut illud piaculum committeremus, illi contra conscientiam nostram resistamus. De spiritu inquiens, bono loquor, quem Dominus se suis daturum promisit. Non de suggestore

illo malo, qui spiritus mendacij est, et omnis nequitiæ, ac perversitatis author, item Deum suos interdum sub crucem mittere, hoc est ipsis tristiciam, afflictiones, morbos, paupertatem et id genus rerum, nè caro ferocitat, sed virgam paternam homo agnoscat. Postremo Deum nobis verbi sui precones dedisse, qui passim populo penitentiam et vitæ emendationem inculcent, quos si audire renuerimus, nostram pervicatiam, non Dei benignitatem ream diei debere. Ajebat et hoc nostro ævo non paucis studio esse, largitionibus et mendacijs, veritatem obruere et eam excidere, verum frustraneos in hoc esse impiorum conatus; Nam scribæ inquit, et pharisæi cum suis senioribus jam dudum cum corporibus et animatis suis in barathrum inferni absorbti sunt. Veritas autem adhuc regnat, et Christus cum gloriosa sua surrectione triumphat. Huic fidamus, et illi in omnibus adhæreamus, impartiente hoc nobis Deo patre, per eundum Dominum nostrum Jesum Christum, et illuminante spiritu suo bono. Amen.

Eodem D. Musculo, liberos Buceri, de dispu-
tatis in colloquio Ratisbonensi et contra Vin-
toniensem, per Carolum hospitis nostri filium,
remissimus.

Nota Augustae singulis diebus, sub nonam ho-
ram pomeridianam, campana signum datur
quod fit ad refricandum tempus memoriae
proditionis Christi, per judam factam, quod
hoc fere sub id diei temporis inciderit.

Nota de Epithomate Bullingeri sive Historia
expositionis rerum ab origine Mundi, usque ad
nativitatem Christi, potissimum, ex novo
testamento etc. an in mundinis Francofurdianis
comparari posset.

Iohannes et Philippus fratres D. Iohannem
Henricum, in templo D. Mauritij, haec verba
pauli ad romanos 12. explanantem audierunt.
Gaudete in spe, patientes in tribulatione,
instate orationi. etc. Narraverat hic quos
potissimum hostes in hac vita haberemus,
et praecipue hos domesticos. Carnem et mun-
dum et Satanam. Iubens hos fide et patientia
superare conaremur et orationibus si alias un-
quam hoc tempore maxime necessarijs in-
staremus.

Melchior heri comitiâ Nassau, scriptum com-
promissi cum nostra petitione obtulit.

Nota de quaerela comitis.

Eadem conspectui Atrebatensis nos exhibere
volebamus, verum per Adrianum à Zertzen,
qui legationem a coloniense comiti de Nas-
sau, et domina principe adferebat (ut ipse
ajebat) impediti sumus, cujus legationem postea
quam audivissemus, Atrebatensis à nobis quæ-
ritur, sed ubi Atrebatensis ad ædes venimus,
præsuliam tum ad patrem Grandevelam transie-
rat, subsequuti igitur eum, in paterna hospitia,
fere ad horam exitum ejus præstolabantur,
ex puero autem quodam didicimus, eum post
nonam, missationi interfuturum, et ibidem
cum patre pransurum; Dum igitur ibidem
astamus, Nanus oblonga undulata veste, et
mitra ornatus, cubiculum Grandevelæ intrat;
Mox supervenit Petrus à Malvanda Hispanus
Sorbonicus Theologus Sacellanus Cæsaris, quem
accusationis meæ (licet hic mendax reperiri
velim) coriphæum duco. Cujus inauspicatæ
avis cubiculi introitum et exitum, malum au-
gurium nobis attulisse puto.
Hospitium Grandevelæ, ædes sunt Fuggerorum,
quas vel regijs sumptibus extructas putes.
Vidimus ibidem par Æthiopum et masculum
et foeminam, pigmaeorum (ut credo) de gente.
Ad hospitium redeuntibus obvius fit nobis Pin-
zinger Atrebatensi à secretis, hunc interro-
gavimus, sciret ne causam nostram Imperatori

relatam, aut secus respondit, Herum suum dixisse, res revisere oportere. Ipsum autem latere, num Cæsari quid relatum sit, vel non.

Coloniensis scriptum compromissi, tertio jam describi curavit. Et quancunq; nos Lantgraviæ disertis verbis dixeramus, ut caveret de appendendo sigillo, etc. tamen Adriani sententia vicit.

Nanq; quem hodie vidimus, inter cubicularios Cæsaris agit, ab eo ad Grandevelam, ut morbi sui levamen, aliquod esset, missus. Huic tot vestes sericas, quod anni cursus dies continet esse aiunt.

Ad primam pomeridianam, rursus Atrabatensis quæritur, quem adhuc in hospitio paterno invenimus. prodiens itaq; domo, stipatus est undiq; à sollicitantibus, cum itaq; et nos illi appropinquaremus, ait Eubulo. Domine comes, adhuc resolutionem à Cæsare expecto, sicut tibi dixi, hanc ubi nactus fuero, vos accersiri curabo. Sicq; illi honorem exhibens cum sodalibus meis abij.

Eadem fratres nobis ostenderunt, Achatium filium nothum Alberti quondam Moguntini Archiepiscopi et Electoris.

Eadem Philippus frater et ego, cum Wendelino et Floro, urbem obequitavimus. Ubi ad Lijci littora in arena pueros Cæsareos

equos Neapolitaneos, asturcones, et equos celeres, quos Genethos vocant, girare ad utrumq; latus in orbes vertere, ut peritum est equitandi hoc genus hominum vidimus. Major autem horum pars, principum et comitum filij.

Et dum in orbem reverti cupimus, ferè in ipsis portis, Adolphus coloniensis Archiepiscopus cum equitibus plusminus triginta, nobis fit obviam.

Erat in ijs campis quo in pueri certabant, auceps, qui nisi ex ligno affabrè sculpto cassitas aucuperetur.

Nepos et Johannes fraternoster, apud dominam principem, in hortis Herbroti, quo ad levandum taedium se devehi, fecerat, erat.

D. de Grandevela in aedibus Hyeronimi Fuggeri, hospitium habet, qui dum viveret, sua sorte contentus, negotiationes nullas egit.

Fuggeri qui hodie supersunt, monopolia exercent, et domini, Ditionum aliquot sunt; scilicet Antonius, cujus uxor defuncta est, Johannes Jacobus et Johannes Georgius, in cujus aedibus Maximilianus Archidux balnea verna habiturus dicit; Haec eadem dies mensem complevit, quod à Waldeccia profecti sumus.

Eadem in Dominico Augustano apparantur

exequia regis Polonorum, extruitur ex asseribus abietenis instar tecti acuminati pulpitum in terram vergens latius coopertum panno holoserico nigro, in quatuor angulis insignia regia depicta habens, ab imo usque ad verticem cereis adornatum. Hic autem rex in die Paschatos, dum ~~subito apo~~ ob senium in sella se ad templum gestari voluit, subito apoplexia perit. Cui Deum propitium deprecamur.

Hujus autem Poloniae regis Marchio Joachimus Elector gener est. cujus uxor jam quoque Augustae adest; protractae tamen sunt haec exequiae in diem Dominicam.

Ante paucos dies legatos Angliae regis advenit.

Johans frater apud Treverensem, nepos apud coloniensem, pransus est.

Allulit eadem Amamiensis ille scriptum aliquid etc.

Oro. Domine Deus, qui corda et renes omnium mortalium cognita habes, tu corda nostra purifica, et lumbos nostros accinge, quo piè justè et sobriè, hujus vitae curriculum perficere valeamus, dignique, te largente, promissionibus filij tui Domini nostri Jesu Christi efficiamur. Per eundem Dominum nostrum.

4. Maij D. Musculus, prosequutus est textum capitis 15. Johan: quia pater major me est, et reliqua usque ad finem capitis.

Etsi, inquit, omnes, qui hunc locum ex doctis et patribus hactenus exposuerunt, hanc voluerint horum verborum esse sententiam, pater major me est, quia coeleste regnum et gloria his inferioribus gauderetis, utique quod in majorem gloriam transeam. Haec exposito autem nec mala nec quidem improbanda est, mihi autem videor, si verba Christi diligentius excutiantur horum genuinam hanc videri sententiam. Quia pater major me est, gauderetis utique quod obedientiam patri praestem, sicut ab ipso praeordinatum est, et opus quod ipse mihi injunxit praeficiam, et in tam excellentem gloriam, concessurus ad dextram patris revertar etc.

Monuit et hoc discipulos quidem Dominum summo amore prosequutus fuisse, nimirum in primo gradu, hoc est ita christum amabant, ut praesentia et consuetudine sua, diutius frui cuperent; Quare et ob id, quod abitus sui mentionem fecisset, tristiores reddidi sunt, Minus autem secundo amoris gradui satisfecerint, scilicet quia obedientiam Domini

erga patrem et eam in quam Christus introiturus
erat gloriam non suis affectibus et corporali Christi
praesentia praetulerint. Dixit enim Christus,
gauderetis utique, quia pater maior me est, quasi
dicat. Non ob id abiturus sum, quod nolim diu-
tius in terris vobiscum degere, aut quod vestri
paertesus sim. Sed quia pater major me, vocat
me obedientia patri praestanda, ut opus re-
demptionis compleat, et ad priorem clarita-
tem, et paratam mihi gloriam concedam. Haec
inquam, si probe perpenderetis, gauderetis po-
tius, quam contristaremini. Docens Dominus
hoc exemplo quod obedientiam et id, in quod
missus erat, amori erga discipulos, et carnis ef-
fectibus praetulit. Nam sciebat sic Deum dilexisse
mundum, ut hunc filium suum dederit, quo
omnis, qui vedit in eum non pereat, sed vitam
aeternam habeat, nos Deo plus obedire debere,
et quam unicuique vocationem ipsi injunxerit,
privato amore et affectibus, majorem ducere
debere; nam inquit, Musculus, amor intra nor-
mam justitiae permaneat; exempli gratia.
Pater es, liberos chara conjugii pignora te-
nere diligis, justa est et equa hac storgia.
Attamen eos ita amato, ne ipsos Deo praeferas
et illis contra Dei mandata et justitiae normam

caue conniveas. Amicus tibi aliquis est tibi unice
cordi, cui in omnibus morem gerere cupias, at ita
eum amato, ne amici causa Dei iram, animae tuae peri-
culum aut turpe quid, vel subeas vel committas.
Filius familias es, sic patrem reverunto, ne tamen
coelestis illius patris honorem imminuas. Item si
qua ad Dei gloriam aut reipub: perfectum vocemur
quamquam uxorem et liberos amemus, et nostris
ut aequum est, bene praeesse et debeamus et cupiamus,
tamen his post habitis, Domino honorem demus
et pareamus vocanti. Similiter si crux perferen-
da etc. Pluribus de his Musculus sincerissime docuit,
De iis autem qui sequuntur dixit, se in expositione.
12 capitis luculenter disseruisse, ubi fere eadem
verba ponerentur, nimirum haec. Et nunc dixi
vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis,
obiter tamen monuit, hic nos discere debere, ut
verbis Christi firmiter credamus, certi omnia quae
praedixerit eventura esse; Quoniam inquit, juxta
D. Paulum. Fides est earum rerum, quae sperantur
substantia, argumentum autem eorum quae non
videntur, vel ut vetus lectio habet, argumentum
rerum sperandarum non apparentium. Nihil magni
feceris, si credis ea quae jam facta sunt, quae vel
videre vel manibus palpare etiam quas. Sed adeo
tibi persuasum habeas certo ea quae Christus prae-
dixit, eventura esse, ut quasi jam facta de his
nihil dubites. Inde tibi uberrimus fructus conscientiae

confirmans elicietur, si videns hisce temporibus, multorum charitatem refriguisse cogitas, Dominus sic futurum praedixit. Similiter in afflictionibus, tibi solatio erit, si in mentem veniat, Dominum quod suis talia eventura sunt praedixisse, et eundem pollicitum esse, se suos non derelicturum. item faciet ut ne desperes, sed in patientia animam tuam possideas etc. Post haec non multum loquor, vobiscum, dixit Dominum haec dixisse, ob vicinitatem instantium periculorum. Multa de Sathana principe mundi huius et suis conjuratis disseruit, et quod Sathani ei assaclae nunc acclament, omnia mala et dedecora, ob novam (ut ipsi vocant) Evangelij doctrinam in mundo enata, cum tamen nemo unquam (modo verus Evangelij praedicator, extiterit) vel unum malum facinus docuerat, et coecus mundus inquit, non considerat, Sathanam esse principem Mundi huius, qui hisce temporibus extremis magis foerocit per organa sua regnans et operationem suam in filiis diffidentiae exercens, callidissimus n. spiritus est, novit tempus adventus christi (quod haud longe abest) instare nam conatus est spiritus ille nequam, cum christo etiam Domino scripturis certare, huic spiritui immundo non innexiae doctrinae Evangelicae cuncta enormia accepta feramus. Insuper Musculus docuit, quam cunctis fidelibus sit solatio, Christum dixisse, sed in me non habet quicquam. Per christum n. hic princeps devictus est, nec quicquam in eum juris habet. Sicut inquit, nec in omnes, qui christo et ejus verbo fidunt, nisi quantum illi, et quando ex divina permissione

ipsi contra nos conceditur, non quantum illi libuit. ut ap-
paret ex historia job. Nihil erga nos de eo metuamus sed
constanti fide in christo, Diabolo resistamus. Item de eo
quod christus dixerat. sed ut mundus agnoscat, quod ego
diligam patrem. Jussit et nos similiter animatos esse,
si ita Dominum placitum fuerit, ut crucem feramus, de-
mus operam, ne animo consternemur, sed fide ericti, nos
tales praebeamus, qui omnia et facere et ferre cupiamus,
quo mundo testatum fiat, nos et hunc Dominum amare, et
ejus gratia, omnia quae illius gloriam concernunt, perpeti,
paratissimos. Nam inquit si is, qui imperatori fidus vide-
ri vult, omnia in quibus imperatori morem se gerere
posse, arbitratur et suffert. et facit et ejus se amicum vel
clientem fatetur. quanto magis id nos praestare debemus,
qui habemus Dominum Jesum, multis imperatoribus maiorem.
Maxime cum impii potestatem, super sortem justorum
non habeant, etsi nos in exilium ire cogant, ab uxore et
liberis avellant, denique vel vitam eripiant, nihil tamen
in animam vel salutem nostram possunt etc. De horum
verborum explanatione scilicet: Sicut mandavit mihi
pater, sic faciam, ait, se in capite 8. hujus Evangelistae,
plura dixisse jubens tamen, ut si Deum diligere velimus
quae Deus praeceperit et faciamus; Sciens inquit, Dominus
quam princeps hujus mundi, in juda et suae sortis homini-
bus fureret; ait, surgite eamus hinc;
Hac die nihil sollicitatum est, ne onerosi aut taedio,
Aulicis semidbis essemus.
Eadem in palatio Caesaris Rex Ferdinandus et Advocati
Ducis Odalrici, coram imperialibus consilearis, praesi-
dente Archiepiscopo coloniensi causas agebant.

Ero Domine Jesu, qui es ipsissima veritas, tu vere dixisti, nos sine te nihil posse. Quamobrem humiliter te deprecamur, ut dones tibi in omnibus obedire, et tibi soli inniti. Causam defende tuam, tua gloria Christe vincat.

5. Maij in templo observantum D. Leonhardus familiae concionatus est, ex capite 28. Matth: nimirum de his verbis. Et exijt sermo apud Judaeos, usque in hodiernum diem. Audistis inquit, nunc in tertius et perendie de pervicatia judaeorum et militum quoque perfida avaritia, qui accepta pecunia, ut a scribis et phariseis edocti erant, hunc sermonem sparserunt, quem inquam sermonem, nimirum talem discipulos suffuratos esse noctu corpus Domini Jesu, qui sermo et quam versimilis sit audistis etiam et tamen hic sermo apud judaeos obstinatos, non apud Christianos permansit; quod autem hic D. Matthaeus Evangelista, tamen disertis verbis indicare voluerit, ideo factum est, ut nos justum Dei judicium in hoc agnosceremus. Quia enim Judaei, contra conscientiam, veritatem de salvivica resurrectione Christi Domini recipere abnuebant, permissi sunt sibi, ut ijs, qui ob pecuniolam mendacium hoc de furto, ablato Christi corpore finxerunt fidem haberent, idque Sathana et instigante et coopeante. Sunt inquit hoc nostro aevo, qui accepta pecunia mentiuntur, qui mendacio potius quam agnitae veritati credere malunt; sed unde; nisi ex peccato? quod obviam veritatem respuunt? Allegans in hoc locum pauli ad Romanos 1. et quemadmodum non probaverunt, ut Deum agnoscerent, ita tradidit eos Deus, in reprobam mentem, et fecerant quae non veniebant. etc. Sic et nunc dicitur a multis annis hoc duravit,

sed ab ijs tantum qui malunt inducto errori ac Evangelicae veritati credere. quare accidet et his quod Judaeis incredulis evenit. Sathan n. pater mendaciorum, ipsos eo induxit, ut Papam et suos et quicquid excogitaverint, avide contempto Evangelio arripiant; Intulit et hic inter alia insignia et enormia facinora Papistarum, nocentissimum illud commentum praedicatorum Monachorum in Verona perpetratum, quod in omnibus pistrinis popinisque notius est, quam ut hic ascribi mereatur, Item de Franciscanis et fictitio personatoque eorum Christo (puto Stigmaticum Franciscum) et quomodo homines à christo ad propria opera avocaverint cum tamen nulli unquam, nisi ex gratuita Dei misericordia, per meritum christi, fide apprehensum, salus contigerit; Postremo monens, ne et nos quoque spiritibus erroris praeterita veritate christi, crederemus, ne nobis idem, quod Judaeis et Antichristo, qui inquit non unus est. Sed quicunque Papae et suis adhaerent, quod a nobis pijssimus Dominus noster Jesus christus, per suam gloriosam resurrectionem, avertat Amen.

Eadem erat nobis animus diminutionem sanguinis facere, sed quia et heri, et hodie, aër suspectus erat, à nobis intermissum est.

Eadem curia Atrebatensis repetitur, ubi ad sollicitationes aderant, constantiensis, Udalrici Ducis consiliarij, et afflicti Bremenses. Venit et Franciscus Conradus à Sickingen afferens supplicationem ut vocant Nicolai à Hatstein et cognatorum ejus. Item Johannes Comes à Sarbruck et Nassau. Item Carolus à Steckem

praefectus in Veilburg nobiscum eodem luto haerens, Qui ait se à quodam accepisse, et comitis sui et nostram causam Caesari relatas esse, Dum autem ibidem integram horam desidissemus, Eubulus Leonardum cubicularium, Praesulis rogat, ut vellet ad herum suum intrare, ac nostri nomine deprecari, ut vel tandem comitem à Waldeck mentionem habere vellet, qui Gallice respondit, Bien. quasi diceret bene est, faciam eorum mentionem, quod Deus faxit; Atque hic fuit huius diei actus. Cubicularium autem argenteo nummo honorati sumus, ut nostri ergo apud Praesulem instaret.

Dum hospitium coloniensis praeterivimus, Episcopus caput è fenestra porrigit, cui detectis capitibus honorem habuimus, licet is nos torve intueretur.

Eadem à quodam accepimus, Cattorum Principi injunctum, ut capselam aut arcam potius, in qua Dominae Elisabethae reliquiae asservatae essent, domui Teutonicae in Marpurgo reddi curaret.

Aderat et Augustae Hermannus à Reidesel archimarschalcus Hassiae, cui cum Abbate Hersfeldensi ob oppidulum aliquot res erat.

Eadem Johannes frater, Liborius, Wendelinus, et Lindius, cum scripto compromissi ad Dominam Principem missi sunt, tamen non cum ea ad agendum, quo sigillum appendat, quam ne à nobis contempta videretur. Ut multa fiunt ab hominibus quae etiamsi intermissa vellent, tamen facienda veniun

Attamen sigillum appensum est.

Eadem Ferdinandus Rex, proceres aliquot, ad Dominam principem misit, per eos rogans, ut crastina ad horam secundam pomeridianam exequijs regis Poloniae interesse velit. Optima Principem, à dextris, regis Coelestis time et reluctans conscientia angat, à sinistris, potentia terreni regis sanguinisq; propinquitas. Nam et mater Landgravia. ex regio Polonorum sanguine erat, et mariti insuper eam capticitas diu egat. Domine, scrutator rerum et moestorum cordium consolator, det ipsi sapientiam et consilium, quo periculum evadere possit; filius regis Poloniae, Regis Ferdinandi filiam in uxorem habuit, quae ante annos ab hinc tres vita excessit.

Eadem comes à Retberg per ministrum suum, Waldecios in crastinum ad prandium vocavit, cuj morem gerere non unam ob causam, nobis utile videbatur.

Eadem Friderichum quoq; à Fürstenberg adesse comperti sumus.

Wilhelmus comites nostros interrogat, quinam res nostrae haberent. Et postequam edocti fuit, quibus sycophantijs nobiscum luderetur, profecto inquit, doleendum est, quod unus homo omnia exequatur, Gallica, Italica, Anglica, Germanica, et negotia et legationes nec fieri potest, ut in tanta negotiorum mole, sine longissima mora quicquam ad finem probe perduci queat. Quare dominis vestris admonitionem opus est ut quotidie instent. Et dum nostri dicerent nos et saepius et importuna instare. respondet mihi refert; Nam etiamsi vos ipsos importunis sollicitationi

pulsetis, et ipsi omnia promittunt, nihil tamen eo celerius fiet; Nam quemadmodum Asellus licet stimuletur et vapulet, ab agasone, tamen eodem cui assuetus est incessu incedit, et eundem servat. ita et his obdurati ad clamatores, suo cursu, res peragunt. Nam ipse ego, inquit, quatuor septimanis minus annum hic transigo, fere adeo gnarus, ut cum huc advenerim.

Ex 20. Domine Deus, quoniam tempore tentationis, multa juxta filij tui verbum respicientes, ad potentias et elementias mundi huius, recedunt, adeo ut qui aliquid inter tuos esse videbantur, nunc pro palam seculum amplexi sunt, et cum corvis crocitant, et cum ranis coaxant. Te ex puro pectore, per eundem liberatorem filium tuum benedictum, Dominum nostrum Jesum Christum deprecor, fidem meam Domine adauge, et suscita, ut tibi cum timore sancto, servire et tibi jubilare queam, utque animo fidenti et laeto, cum servo tuo Davide canere possim; Si te habeam nil miror, vel coelum vel terram sicque mortuos sepelire suos mortuos sinam. Qui vivis et regnas cum eodem filio et s. sancto in secula Deus.

6. Maij in templo Mauritij, post unum aut alterum psalmum decantatum. Lector ambonem conscendens, Ecclesiae. 13 caput Math: legit confessionem publicam praescripsit et quoniam inquit, salutare est et Domino Deo nostro placitum et acceptum, obsecrationes pro omnibus fieri, sicut et Apostoli

docuerunt, oremus igitur pro Cæsare inquit, et more consueto cætera prosequutus est, deinde canit ecclesia canticum de invocatione spiritus sancti. Et D. Musculus invocato Dei nomine, explanationem capitis 15. Johannis Evangelistæ incepit, hæc verba recitans. Ego sum vitis vera et pater meus agricola est, omnem palmitem in me non ferentem fructum, amputabit, et omnem ferentem fructum purgabit, ut uberiorem fructum gerat; His perlectis, per modum Epilogi quæ in capite 12. 13. 14. docuerat, repetijt, et tunc tantum eam sententiam. Ego sum vitis vera, et pater meus agricola est, explanandam suscepit, disserens multa de hac pulcherrima similitudine et comparatione Christi ad vitem. Item quare Christus ad similitudinem loqui maluerit, hanc reddens ejus rei rationem, nimirum grandia esse, de quibus Christus per parabolas locutus sit; propterea quod hæ facilius à simplicibus capiantur et magis animo hæreant. Innuens Christum subinde assimulationibus usum, ut cum se ovium pastori comparat seminanti fonti, aquæ vivæ, pani coelesti etc. Dilucidè annotans in quibus capitibus et locis, Evangelistarum singulæ comparationes haberentur pie pariter ac doctè, eas cursim elucidans, præcipue eam, quæ de vinea loquitur, etc. Nam inquit hi sermones parabolici imagines sunt et simulachra quamobrem si imaginibus delectaris, quare non cum oves videas tibi in mentem venit? Nos sumus oves, Christus ille verus pastor qui ovibus dat

pabulum, pro eis animam suam posuit, et adhuc hodie pro
ipsis sollicitus est; Ideo cum ostium domus tuae ingrederis,
cur non cogitas? Christus verum est ostium, per illud te
intrare oportet, etc. Item cum conspicis vitem, quin
mentem tuam subit? Christus vera est vitis, faxit Deus,
ut ipsi sim palmes fructum, in eo ferens et in viti per-
manens. Sic et similiter de aliis. Si enim aut scriptis aut
sculptis, vel penicillo exaratis simulachris animo gaudes
fac haec loquatia simulachra, quae tibi salutaria et vera
repraesentant, consideres. Post haec reddit jucundissimam
rationem, cur Christus se ipsum non cedro, quervi, abiei,
vago, aut id genus arborum, compararit, sed potius viti
ligno non magnae aestimationis, si surculos, palmites, vel
arborem intuearis, astajt, hoc genus ligni Christo aptissi-
me quadrat. Nam ut vitis lignum et frondes in fructum
astimes contemptibile ut in speciem videtur, est ita,
Christus Dominus dum in terra versaretur contemptus
habitus est, et nullius numeri juxta carnem. Judaeis fie-
bat, ex humili virgine Maria (licet stirpe regia)
nasci voluit, ut Esaias dicit, sicut virgultum de terra ari-
da excrescens, utique qui dicerent, nunquid fabri filius
est iste? nonne nos patrem et matrem ejus novimus?
unde hic scit literas? etc. Num a Galilea quid boni?
~~etc.~~ Et Christus ipse inquit. Gratias ago tibi pater
quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et ea
parvulis revelasti. Et Paulus. Non multi potentes
non multi sapientes, secundum carnem etc. Sin ve-
ro probe et amussim rem animadvertas. Christus
vero illa vitis est, quae dulcissimum fert fructum,
fructum spiritus fructum omnis boni fructum fidei,
spei charitatis, ac demum fructum ~~fidei~~ vitae et

et salutis æternæ. Patrem autem miro schemate vinitorem sive agricolam vocat, illi omnem honorem tribuens, et quando inquit, pater hanc vitem plantavit? tum cum verbum caro factum est, in fine temporum; vitis vero similitudinem, scripturis sacris familiarem esse, ex prophetis Esaja et jeremia, ostendit, Item ex psalmo 80. per sex integros versus. Item ex verbis Christi de filio regis et vinea et iniquis agricolis. item esse præter hanc vitem christum, aliud vitis genus, quod labruscam die wilde Weinreben vocamus, ejusmodi sunt cultus excogitatæ et traditiones humanæ ex viti vera non diductæ. Patrem autem palmites, qui in hac vitæ fructum non ferunt, sed degenerant, amputare. Interim eos etiam qui fructum afferunt, purgare quo magis ferant fructum vitibignum &c. Et post luculentissimam harum rerum declarationem, jussit, Deum patrem Domini et liberatoris nostri Jesu christi oraremus, ut benigniter nobis largeretur, huic vero viti nos inseri, ne quo alias degeneraremur. utque in hac vite fructum feramus dignum consecuturi per eam vitam æternam. quod fiat amen. Vocabamur à comite Retbergio, ut hanc concionem postea conscribere post perturbatam memoriam non possemus.

Apud Retbergium, Ottonem quoque de Berckenfelt reperimus.

Eadem maxima adornata funebrium pompa nec digna hujus narratione papirum foedare. Sed proh tempora phui hominum effeminatas mentes accidit.

Huic actioni omnes novitios Electores interfuisse, et inter hos etiam Christinam principem ciconiam inter grues intuitu Regis Ferdinandi agrum Dni. vastare visum esse; Huc, huc inquam misera Germania recidit. Atqui olim se proceres Religionis nostrae gloriabuntur, nunc super olfas carnium Aegipti accubant, ne mutientes quidem contra omne, quod Antichristo et suis placet, brevi omnes olitus ventris sui juxta Lutherum, pro suaviolente amaricino odorantes.

Oro. Memento Domine Vinae quam Aegipto adduxisti, extirpa omnem palmitem, non ferentem fructum in te. Daque nobis in agnitione filij tui dilectissimi, firma fide persistere, et eius verbo fideliter adhaerere.

In hodierna sua concione. Musculus nos orationem pro imperatore, Rege et omnibus Magistratibus intendere jussit, quo in Jesu christo, viti vera permanerent, et ne quid statuerent, quod labruscas saperet. Alioquin et patrem agricolam, hos quoque amputaturum. Quod ipsemet Deus misericorditer avertat Amen.

Ericus Brunsuigia Dux ante triduum ad balnea in Ems: ibi uxorem exspectaturus hinc abijt.

Hanß von Rutlingen deß Churfürsten Wachtmeister.

Sub ipsis vigilijs tanta aeris intemperies erat, modo nugientibus, nunc flantibus Euro, nunc rursus caecia vento turbines et pluvias movente. Ad id in Dominico Augustano excitatus tumultus, ut vedere posses ipsa elementa testari, has pompas Domino abominationes esse.

Eadem in causa nostra, tam quod ad coloniensem quam quod ad Caesarem attinet nihil effectum esse.

7 Maij ad D. Mauritium, D. Johannes Henricus concionatus est ex his verbis Pauli ex cap: 12. Epistola ad Roma: Benedicite et nolite maledicere. Ait autem hæc verba esse præceptum expressum Domini, non consilium inter opera supererogationis enumeratum et omnibus universaliter præceptum esse, non solis ijs, qui se claustrales vocant. Adducens testimonium ex cap: 5 Math: Quisquis autem occiderit, obnoxius erit judicio. At ego dico vobis, quod quisquis irascitur fratri, suo temere, obnoxius erit judicio. etc. Item Deum patrem assimilavit patrifamiliæ, qui habens filium vel filiam, qui vel quæ à patre præcepta, acceperit, et tamen præceptis hisce non obedierit, hic patrem, etiamsi temerè liberos amaverit, non tamen statim cum illis ablanditurum esse, sed fortè dicturum. En hæc tibi præcepi, sed tu pervicaci cervice repugnas. Vide igitur ut alium te geras, quod ni fiat, haud te filij loco habiturus sum. Insuper etiam nisi resipueris, te exhæreditaturus sum, etc. Sin verò te gesseris ut morigerum patri filium decet, ego quoque paterno affectu, ut dilectum filium vel filiam prosequar. etc. Si hic vel illa vitam in melius mutaverit, et patri debitam obedientiam præstiterit, benignissum patrem experietur; ita et nobis inquit, accidet, si quotidè verbum benignissimi cælestis patris nostri audiverimus, et tamen quotidie nobis ipsis pejores reddimur, et patris iram et exhæreditationem incurremus. Sin verò ex toto corde mandata ejus exequerimus, ipse quoque iram suam revocatorus est. Item ostendit quoque ex cap: 5. Math: Quam nullam laudem mereamus, si tantum amicis et nobis benefacientibus, bene præcemus et faciamus. Nam inquit naturam et mutuam amicitiam exigere,

Et â sapientibus Ethnicis probatum quoque iri et Germanicum proverbium: Freundt uber ein Zaun, Freundt wiederumb herüber. testatur, sed hosti et persequenti nos, benevolos esse, et de ijsdem bona optari, idque ex animo præstare hic laborem hoc opus esse. proferens exemplum Domini Salvatoris nostri Jesu Christi, qui in cruce distentis membris pendens, pro crucifigentibus orans, dixit: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Item Stephani prothomartyris, qui jam lapidibus quoque petitus, oraverit, Domine Jesu, ne illis statues hoc in peccatum, quia nesciunt quid faciunt, sed forte dicere posses, ab adversario sine omni causa, præter jus et æquum, non solum damno et magnis opprobrijs affectus sum, sed insuper mihi ne unquam eum honorem detulit, ut apud me noxam suam deprecaretur, Dominus inquit, sic esse verum, verum cum noveris innocentiam Domini, et quibus probris, blasphemijs, conviciisque is ab impijs affectus fuerit (si modo Christianus nominari velis) respectu christi adversario tuo omnia, irrogatus etiam, gratis condonare, potissimum quod et probra et vibices quos tulit Christus, tu pati debueras. Nec enim magni ducendum est, proprio ære altaria ædificare, templi parietes adornare, vel his majora quoque facere. sed inimico ex animo ob Christum ignovisse, hoc opus est et fere bonum, et Deo quoque acceptum. Non est n. cultus Dei solum in templo esse ibidem orare, ac mox â sacris quicquid in mentem venerit, perpetrari, quasi jam penso persoluto, quæcunque libeat, facere liceat. Sicut Judæi clamabant. Templum Domini templum Dni

Cum Deus ista non exigeret. Minitans et terreus exemplo
dirutae Siloe etc. Adduxit quoque D. Jacobi Apostoli locum
Jacobi I. Religio pura et immaculata apud Deum, et
patrem haec est, invisere orphanos, et viduas in afflic-
tionem sua immaculatum se ipsum servare de mundo.
Non is ait cultus Deo placens est, quotidie adire templa,
quotidiae sacrae concioni interesse, et mox finita coa-
cione anditi verbi nec habuisse rationem nec memi-
nisse, etc. Sed vera religio in fide in Christum, in in-
nocentiae vitae, et charitate in proximum, consistit.
Dixit autem Paulum non solum dixisse Benedicite. sed
insuper prohibuisse maledicere. Quam ad nostro aevo
moris sit rem ipsam testari. Nam otius in nobis re-
bellantem execrationes et maledictiones nos torque-
ri. inquit, si ullo tempore haec Christi doctrina locum
habuit, nunquam maxime apud nos locum habere de-
bet. Nam cum nos in haec incidisse, tempora animadver-
timus, cogitemus Deum nobis haec immisisse, ut nos
probet sicut argentum igne probatur. Jam infit longo
tempore verbum divinum audivimus et (ut ita
loquar) in scolis litteras addidicimus, nunc praecepto-
ri reddenda erit lectio, ut palam fiat quid me-
moriae haesereit etc. Certe ex natura nostra nihil
possumus, nec egomet ipse quicquam valeo. Sed li-
cet hactenus nihil fecerimus. Emendemus modo vitam,
et hodie maturè adhuc satis est; etc orantes
Dominum ut nobis largiri dignetur, quo discamus
benedicere, maledicentibus nobis, et benefacere
prosequentibus nos. Idque ob Christum Amen.

A concione nos Atrebatensi exhibuimus. Qui cum cubiculo pro-
diret, conspecto Eubulo ait. Nihil adhuc allegatum est; Hac
ossa aulica, nos saturos abire oportuit.

Deinde salutavimus comitem Wilhelmum, cum quo et jen-
taculum sumpsimus. is ait cunctatione hac opus est, et exem-
plo viduae illius Evangelicae improbum judicem importuni-
tate obrui oportebat, caepimus quidem consilium de sup-
plicatione, sed res eventum sortita non est, licet Liberius
quippiam conscripserit.

Interim illud per veredarium Romam cursitavit Duas
sessiones in consistorio habuit. interea temporis adsit
nobis dominus.

Eadem Caesar et Ferdinandus animolam cognati regis,
per missaticos sacrificulos, e purgatorio ad Aeliseos
campos transfretare fecerunt.

Eadem comes Wilhelmus, mutuo nobis dedit quindecim
illas conciones Michaelis suffraganei Moguntinensis
De sanctissima Missa. Sg.

Quidam Principis alicujus non omnino pessimi noxios
consiliarios Michaelum Judaeum et Johannem Islebium
Theologum esse dixit. proh dolor rem acu tetigit.

Libra aromatica una pro denarijs duobus, molendino
aromatico, contuditur.

Eadem comes a Nassau scriptum comprimissi Landgra-
viae, et suo sigillo corroboratum, suis singraphis subscrip-
tum nobis remisit; verum coloniensis ceram et papyrum
sed non sigillatum apposuerat. Petitum igitur consilium,
sed tamen mutato consilio, cum sigillo Comitis a Nassau
fideremus, omnes et sigillo et manuum subscriptione
(licet animo invito) scriptum hoc confirmavimus.

D. Candus Hast, Joachimus Hagke, et N. Doctor ac

Wilhelm Ketteler Canonicus Cliviae Ducis consiliarij, fratres nostros ad coenam vocarunt.

Eadem Wendelinus et Florus Archiducem Maximilianum adiere. Qui eos clementer audiuit; Respondens, illi probe obvenire, quod ad finis suus Dux Cliviae cum ipso de comitibus in Waldeck locutus sit. Paratus etiam omnia, quae ad causam commoda sunt, facere, sibique constare de causa nostra, adhuc nihil ad imperatorem relatum esse. Verum se daturum operam si vel ipso hoc die quid efficere posset.

Wolradus rogatu fratrum una cum nepote Samuele, fratres ad clivienses consiliarios pro umbra concomitatus est. Apud quos mensa erat opipare instructa, ubi et disputationes variae inciderunt, et reperti sunt, multi, qui nec papistis palmam, nec nostris victoriam tribuerent. ac nemo miretur sapientibus Mundi ab antiquo res divinae ridiculo fuerunt, Aderat inter caeteros filios Gothardi Equitis aurati a Ketteler erat.

Doctorem Carolum rogabamus, ut si locus consideretur nostri mentionem apud Atrebalensem faceret. Huic consutum videbatur si quispiam subordinaretur, qui apud Harpigias istas multa de paupertate nostra diceret, ac redditus nostros extenuaret.

Dum nescio quo abeuntes hospitio abessemus, venit quidam e familia comitum de Manderscheit, der Aelte Diederich Nomine, qui ait, Dominos suos, quod Augustae sim, latuisse, alias forte ipsos ad me dedisse literas. Si igitur quid ad affinem aut sororem scribere vellem, se libentissime ipsis litteras redditurum.

Oro Quoniam benignissime pater hodie per praeconē verbi tui juxta praescriptum ejus, quem solum nos audire jussisti, benefacere etiam persequentibus nos edocti sumus. Te supliciter deprecamur, (figmentū enim nostrum nosti) da nobis spiritum tuum bonū et eam mentem, ut sperantes in te, proximos amemus et odientes nos benefaciendo superemus, per Dominum nostrum Jesum Christum. Amen.

8 Maij in coenobio Minorum, quidam cujus nomen mihi ignotum, ex cap: 11 Lucae Evangelistae, paragraphum hunc legit. Et ait illis, quis vestrum habebit amicū ad quem eat media nocte et dicat illi. Amice da mihi mutuo tres panes. Quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod aponam illi, et ille intus respondeat etc. Et proximum hunc adhaerenti paragraphū. Et dico vobis, petite et dabitur vobis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis, omnis enim qui petit accipit, et qui quaerit invenit, et pulsanti aperietur, disserint igitur de meticulositate naturae, veteris nostri Adami in orando. Item quomodo idem Dominus, Nevos corruptae naturae nostrae considerans medius factus inter Deum et hominē. Hac similitudine audaciores, cordatioresque ad orandum nos reddere voluerit. Item quis ille amicus dormiens, ad quem media nocte, hoc est ipso tenebroso tempore augustinae afflictionis, et ingruente necessitate, expergefacere studeamus. Dicentes cum propheta exurge Domine? quare obdormis? Quanquam enim nobis et timidae nostrae ad omne bonū

naturæ, Deum dormire, præces nostras non exaudire, et nos negligere videatur, tamen si tanta importunitate eum pulsemus, clementer nos exauditurus sit, præbens nobis panem et omnia necessaria; Quod exemplo Cananitidis mulieris pateat, et reliqua ordine is Ecclesiastes prosequatur. Quia autem ante hac ipsum non audivimus, difficile erat omnia ejus verba assequi; Christum verò hostium esse unicum, hoc sine intermissione esse pulsandum, dixit. Malleus quo pulsetur Christus fides est, sine qua impossibile est, teste paulo nos à Deo exaudiri. vetuit autem ne de alio intercessore mortuo cogitaremus, nec hæc verba nobis exiguæ consolationi nobis esse debere; Quod Christus dixerit. Dico vobis quod ob importunitatem ejus exurget et dabit illi quicquid opus habet. Cohortans nos, ut remota omni socordia negligentia, his maximè temporibus. Deum et ostium Christum assidue pulsemus, sine intermissione orantes, nihil dubitantes nos per Christum exaudiri.

Eadem apud Atrebatensem sollicitatum est, qui quanquam via declinare vellet, tamen a nobis præventus. Nondum audivit Cæsarea Majest: inquit hæc sibilina follicula nos apprehendere, et abire oportuit;

Eadem factus est nobis obviam Julius Pflug, Numbergæ ad Salam et Zytiæ Episcopus, Amstorffio jam secundo surrogatus.

Oportune quoque Philippus Doctor, obiam nobis fit, quem obnixe rogabamus, ut apud Atrebatensem instaret; si qua causa nostra ad imperatorem

deferri posset. Qui respondit, se sperasse, jam dudum id factum esse, posteaquam nos tam obedientes erga Caes: Majst: praestitissemus. Verum id moris est inquit hujus Aulae, homines mora enecari. Si autem ipse in hac re quid facere quaeam, spondeo gratiae vestrae meam operam. Polliciti sumus igitur et nos illi relaturos gratiam.

Haec die Archidux balnea sua peregit, et rursus in curiam suam migraturus dicitur. Speraturque rursus audientiam cut vocant dare.

Liborio et Wendelino injunctum est, ut à prandio seldum iterum adeant.

Augustanorum turgidi loculi, rursus emulgendi dicuntur. Nam Episcopus pro sua jurisdictione hactenus intercepta, magnae pecuniae summam petit.

Hic erat vicesimus dies, quod apud concilium imperiale auditi fuimus, nec interea temporis eo intromissi.

Eadem famulus Dominorum de Manderschet, ad nos reversus est, qui Theodoricum patrem Theodorici affinis nostri in Cronenburg, Eifflia podagra decumbere ait, affinem verò et sororem nostram Ericam nunc in Manderscheit degere; Annam neptim nram ex sorore esse apud fratrem nostrum Uternium Arnoldem comitem in Stenffurt et Bentheim, Dominum in Wevelhovem, Margaretham matri inseroire. Theodoricum nepotem nostrum in Manderscheit, sub paedagogo literis incumbere.

Huic famulo mandata ad sororem nostram et comites suos dedimus.

Eadem intra octavam et 9 pomeridianam Rex Thunis, quem alij Carthaginis potius regem putat, lectica vectus cum altero ejus filiorum exiguo satellitio comitatus, Augustam venit, gens Semiaethiopica, cujus vestitus Turcam redolet.

Redeuntes ad hospitium, vidimus Ambrosium Ammam Judicem Ratisbonae, ex quo sciscitati sumus, de statu Pergeri hospitis nostri, et civium Ratisbonensium.

Eadem per hospitem nostrum Dominus Musculus nos donavit libro, Martini Buceri de Disputatis in colloquio Ratisbonae et ejusdem scripto contra Vintoniensem.

Secretarius Hojensis cum Apud Atrebatensem pro responso instaret; Antonius ille Perenotus illi respondit; Urgeas Viglium. ex quo dicto facile intelligere est, quam sibi connivent Aulici Polijpi.

Eckenbergiana domus quae nunc Archiepiscopo Treverensi hospitium praebet, pendet comitibus à Honlo annuatim pannum integrum rubeum et anseros duos candidos, et nescio quid amplius insuper comitibus libram mansionem, in hac domo et octo equorum stabulum, ubi comitibus liberum fuerit praebere tenetur.

Rex Thunis à proprio filio exoculatus est, hac arte ut cum argentum habeat, vim attractivam laminam ignitam perpetuo intuitu inspicere coactus sit, sicque acumen visus amiserit, idque jussu filij senioris, qui et regnum occupavit.

Eadem Licentiatus Major nobis et imperatores et consules Romanos Johannis Cuspiniani, mutuo dedit.

Eadem duo Germani milites, hodie in hac urbe ab Hispanis occisi dicuntur. Faxit Deus, ne diuturnioris odij inter utramque gentem fomentum sit.

In Angina urbe clarissima:

Quod vadam nescio, invitus morior, valete posthumi
M. Posthumius eques.

Hoc mundi et Christum ignorantium ingenium.

Infelix fatum
Prior debui mori

Oro Domine Deus qui nos per filium Mater. tuum sine intermissione orare jussisti, spiritum illum precum et gratiae, exuscitare in nobis digneris, ut vigili fiducia ostium illud verum pulsemus, per quod nobis a te introitus datur in vitam aeternam. videlicet Jesum Christum Dominum nostrum. Benigne pater si est voluntas tua, da revisere uxorem, et quam mihi commissiti spartam

9 Maij in templo minorum Praelector, (ut mihi videor) repetijt haec verba Christi apud Lucam. Et ego dico vobis, orate ut accipietis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis, Nam qui orat, accipit, qui quaerit inveniet, et pulsam aperietur. Primo ea quae heri dixerat, rursus populum in memoriam vocavit. Deinde statuit quam amica, quam et salutaris haec promissio Christi sit, quod ait qui petit accipit etc. Nam inquit, nec locuples, nec inops, nec sacerdos, nec laicus, nec miles nec cives, nec caecus quoque, aut claudus hic excluditur, solummodo ut oret in fide christi. Duabus rebus autem stabilienda est oratio. Una ut orans meminerit, se a Deo per meritum Christi exaudiri, in quo pater se nos exaudituros, repromisit, altera

quod Christus nos orare jussit, et huic innitetur promis-
sioni quod Dominus Jesus dixerit. Quicquid petieritis à
patre, in nomine meo credentes, dabit vobis. orantem
igitur non debere dubitare, sicut nunc nonnulli do-
cent, etc. item nec nos nostra justitiæ, probitati aut
devotioni, sive intentioni bonæ, inhærere oportere,
aut alium præter Christum opitulatorem, vel inter-
cessorem quærere; sed inquiens quid petendum, aut quo-
modo orandum est? Orandum est inquit, tibi juxta præ-
scriptum Christi et voluntatem Patris. Sic enim exau-
dieris, nec ullus unquam melior magister fuerit,
præscribendi moda orationis, ac Christus ipse. Nam
in oratione Dominica, quæcunque Dei patris honorem
et voluntatem, et tuas necessitates concernunt, habe.
Si interroges, quid autem quæram, in calumnitate et
ærumna? Quære Christum æquè ac in prosperis, et
pulsa hoc ostium. Ipse enim est ostium per quod, qui
non intrierit; Deum videbit nunquam. Ipse via ve-
ritas et vita. Quod quoque rursus Dominus, verba sua
repetit, dicens. Qui petit accipiet? Est ex ineffabili
salvatoris nostri Jesu Christi erga nos Charitate
profectum, quo nos tam divitibus promissionibus ad
instanter orandum alliceret. Ostendens, quod pater
coelestis, nullum rejecturus sit, cujuscunque conditionis
sit, modo ex fide in meritum, et promissionem Christi
oraverit. Orate igitur in omnibus prosperis et adversis,
et unicam gloriam, Christi et salutem vestram quæ-
rite, et ardentibus votis ostium unicum ad vitam
pulsate; Hoc nobis donet benignissimus pater Coe-
lestis per Jesum Christum filium suum Dominum
nostrum Amen.

Pro Non statues Domine, domesticis nostris, in peccatum igno-
rantias juventutis suae, et averte ab eis, o Domine à te non
immissum pavorem, et contemptum, et conserva tibi, quos
redemit, et pro quibus oravit filius tuus, ut persistent in
timore et veritate tua. Da ne retrospiciant nec mo-
veantur multitudine repedantium in Aegiptum, et venantium
te derelicto potentiorum auram. Qui pater, tuis prae-
fide, qui Deus es, eis bonitatem tuam ostende, quia potens
es inimicos converte, et nos de hiantibus faucibus eorum
potenter eripe Amen.

Ante septimam antemeridianam, curiam Archiducis Maxi-
miliani intrantes, licet adhuc Archidux lecto decumberet
tamen paulo post exurgens è cubiculo, progrediens, in
superius atrium ascendit, missam aulico more, ut dicunt,
audiens. Qua finita redeuntem ad cubiculum, frater
noster Johannes, eum paucis convenit, rogans, ut sua
Majestas et nos et causam nostram sibi commendatos ha-
bere digneretur. Idem quoque Eubulus praecatus, tacente
interim Philippo. Archidux singulos nutu capitis sa-
lutans, respondet, faciam, imo faciam id lubentissime.
Est Maximilianus Archidux, adolescens forma non
illiberali, proceritate corporis justa, in effando hu-
manitatem principem decens prae se ferens. Dicitur
erga pietatem et Germaniam non male affectus. Qui
corda regum in manu sua habet, illi concedere dignetur,
ut optima quae non pauca naturae dona habet, ad Dei
gloriam, subditorum suorum profectum, et animae suae
salutem, abigatis susurronibus et adolatoribus, utatur.
Fridericus quoque comes à Furstenberg ibidem aderat,
sed nos arridens, ferè sardonico risu nihil petero sa-
lutationis vel amicitiae nobis exhibens, non cogitans
esse rerum vices.

Eadem vidimus Johannem Rudelium Lubecae civita-
tis Syndicum.

Posteaquam ab Archiduce discessum est, Atrebatensem quoque convenire statueramus. Verum consiliarij imperiales fere omnes apud hunc erant. Allocuti sumus Secretarium, astis ante ambulonum aulicorum more nobis fumum vendidit. Egimus tamen cum Leonardo Episcopo à cubiculis, ut is apud herum suum nostri mentionem haberet. Vidimus ibidem Acaldam Cæsaris.

Ostiarius Cameræ concilij imperialis nobiscum pransus est, hunc instituere habet præses concilij qui modo erat Archidux.

A prandio Adrianus à Zertzen venit, secum adducens præfectum de Filich, juxta Bonnam, qui et ipse filiam habet, Satrapæ de Fridburg, Elisabetæ et Johan: de Bruch, cumque Wendelino affini suo diutius confabulatus est præfectus. Gloriatus quoque est Adrianus, Moguntinum in crastinum sacra Missarum solennia, in præsentia Cæsaris et Regis Romanorum in Dominico Augustanæ celebraturum, magno papisticorum Missaticorum solatio.

Eadem Doctorem Henricum Hasen in platea convenimus, qui ait, se sperare brevi quidde causa nostra futurum.

In ædibus Sancti Marci. Omnis ætas de suo tempore conquesta est. In alio lapide Foelix nimium prior ætas.

In ingressu secundæ portæ capitolij erat Leonis effigies, cætulum sibi subjectum, miti vultu intuentis, cum his versibus.

Iratos recolæ quod nobilis ira Leonis.

In sibi prostratos se negat esse ferum.

Eadem D. Musculus, prosecutus est textum de amputatione palmitum, et maximè de obstinatis.

Eadem qua erat vigilia ascensionis domini, Dimarus Heller consulit per literas, nomine etiam Corbachianorum civium de salute et rerum nostrarum statu sciscitatus est. Nuntius fuit Franciscus Steinruch. Attulit idem litteras à Domina matre, uxore et sororibus. Item à Johanne Galacteo et Hermanno Nellen.

Eadem M. Wilhelmus Secretarius Wilhelmi comitis, scriptum compromissi, inter coloniensem et nos, et ipsis placuerat, dolatum et confirmatum, nobis tradidit. Sacrus et noverca Eithusij una fuerunt.

Indicta est dieta in Wimariam, in causa dotis ad diem lunae post trinitatis anni huius 1548 habitum et super hoc consilium est cum liborio.

10 Maji quae erat vigilia Ascensionis Dominicae sacra in templo Mauritii praelegit lector reliquum capitis 13. Matth. Deinde D. Musculus Historiam Ascensionis Dominicae ex cap. Ultimo Marci Evang. scilicet ex paragrapho Ultimo contexuit, verba autem haec sunt. Itaque Dominus quidem postquam locutus fuisset eis, receptus est in Coelum et consedit ad dextram Dei. Illi verò egressi praedicaverunt, Domino cooperante, ubique et sermonem confirmante per signa subsequentia. Praefatus igitur Musculus, quam dives hic sit ~~status~~ textus Duo tamen potissimum in eo observabilia esse dixit, Historiam videlicet Ascensionis Dominicae & usum ejus cum fructu. De prima parte disserens, alteram in Concionem vespertinam reservans. In Historia verò haec observari jussit, veritatem Ascensionis Domini, ubi Dominus ascenderit, quando, quomodo, quo, sublatus, et quae nobis inde utilitas evenerit.

Historiae veritatem, ex luca et Apostolicis literis, elicuit. Ait autem Dominum non statim, a gloriosa resurrectione sua ad coelos ascendisse. Sed per quadraginta integros dies, seipsum ostendisse discipulis, eos confirmasse in fide, cum illis mandu casse, ac se manibus eorum contrectandum ac palpandum praebuisse. Sicut autem Dominus palam pati, et intuentibus omnibus crucis supplicium subire voluit, ita resurrectio

nem suam, illis tantum, qui ad hoc â Deo praeordinati fue-
rant, testibus manifestavit. Levatus est autem Dominus â suis
in monte oliveti, qui est inter Hijerusalem, et Bethaniam,
ubi frequenter Jesus alias orabat, ad cujus declive, etiam
guttas sanguinis in horto Getremino sudavit, sublatus ex
hoc monte cum corpore suo, videntibus discipulis etc.
Consedens ad dexteram patris. Hic multa dixit Musculus
ex epistolis paulinis et Augustini de honore carnis
nostrae, sedentis in Christo ad dextram patris. Hic multa
dixit M. inquit sublatus est super omnes coelos. hos
autem coelos non reputari debere, coelum hoc volubile
et aerium, quod nobis visibile est, sed majestate illam
et gloriam coelestem, qua per eum glorificaturus erat.
Sicut Dominus noster Jesus Christus ipsemet ait. Et
nunc glorifica me ô pater apud temetipsum, gloria
quam habui priusquam hic mundus esset. etc. Sublatus
est quoque in coelum, ut nos eum ea sequamur. Utinam
ait Musculus, eum nostrae carnis honorem agnoscamus,
quod Christus verus Deus et homo, in carne nostra ad
dextram Dei sedeat. Addit esse figuratè dictum, caro
nostra sedet in coelo. sicut dicimus. Domus Austria aut
Burgundia, sedet super solium imperij, cum id in una
persona, Caesare nimirum vel Rege, compleatur. Si inquit
hoc consideremus, nihilque majus duceremus, nihilminus
quam humillima hujus mundi amplectaremur. Quis
imperator vel Princeps, non pro hoc honore, omnes
suas pompas, quae ne vitiosa quidem nuce ad hunc
honorem comparatae, aestimanda sunt contemnat
quam omnes sollicitudines ac labores hujus honoris
respectu postponat. Sine dubio, si haec revocaverimus
ad cor, Mundum pro nihilo duceremus, non quod mun-
dum relicturi simus, nam in mundo nos vitam dege-
re oportet, quamdiu id coelesti patri nostro pla-
citum est, sed ne tanto conatu, hujus mundi divitijs

inhiemus, non quod divitiae damnantur, sed quod juxta Davidem cor non apponeremus. Nam Paulus eos qui volunt ditescere dicit intentationes incidere. Verum victu et amictu contenti, meminerimus conversationem nostram in coelis esse debere. Isthac enim salvatorem nostrum sequi debemus, nos, inquam, qui Christo adhaeremus, non mundus qui habet quo recipiatur. qui ne optat quidem, etiam esse cum Christo, quin etsi Dominus adhuc in terris ageret, eum majore quam crucis supplicio afficeret, tam iniquo animo in Christum et suam veritatem sunt, qui mansionem et conversationem suam, cum principe huius mundi et tenebrarum ac morte et inferno, miserum genus humanum, ob Adami protoplasti lapsum tenebatur, hanc Christus secum duxit, ab hac nos liberavit. Item dona dedit hominibus, quid etc. ut id aptissime ex divo Paulo edocuit, et quam haec dona Christi munusculis Regijs etc. praestarent. Docuit quoque, qui ascensionem Domini juste veneremur, nimirum ut hic pie vitam instituamus, Christo et verbo ejus obediamus, ac optemus, Christum qui nos praecessit, sedens in gloria Dei patris, subsequi. Puerile enim spectaculum, quod Papistae idolum aliquod in altum trahunt, volentes hic significare ascensionem Christi. etc. Hujusmodi Iudicris, inquit, intenta sunt et opera Christi simia imitari volunt, quando vel tandem, ait, de reditu ejus et nos secum assumente, festos dies celebraturi sumus. Profecto, ait, redeat mundus, papistae licet obgannient; tamen in propinquo est adventus Domini. Hic adduxit tempora Noe et Loth, etc. Refrigerata est enim Charitas multorum et abundat malitia. Ut in propatulo est. Rogemus ergo inquit, Dominum et liberatorem nostrum Christum Iesum, sedentem

tem ad dexteram Dei patris, ut ipsum eo sequi valeam
Sed quis assequetur spiritum D. Musculi.
Eadem literas Dominae matris, duci Ernesto â Brunswig
obtulimus, â quo humaniter accepti, et cum eo apud pri
cipem Electorem Johannem Fridericum, pransi sumus.
Ubi et aderant regij proceres, Der Dankeuser et alij
Apud Wilhelmum comitem coenati sumus.
Rumore divulgatum est, pontificios apud Caesarem
intercessisse, ut conciones sacrae intermitterentur.
In Sigillo Platonis scriptum erat ut sequitur.
Facilius est movere quietum, quam quietare motum
In Sigillo Aristotelis.
Sapientior est qui, quod novit abscondit; quam
qui propalat quod nescit.
In Sigillo Socratis.
Inimicus hominis insipientia ejus, Amicus hominis
sapientia eius.
In Sigillo Senecae.
Secretum meum mihi.
In die Ascensionis Domini, qui erat 10. dies Maij
sub noctem Martinus Coquus, Episcopi Monasteriensis,
qui consiliarijs Augustae, additus erat, ab adolescente quopiam, Didonis â Kniphausen famulo
interfectus est. Cujus animae propitius sit Dominus.
A coquis Landgraviae, coloniensium et comitis â Nassau
funebri pompa sepultus est.
Eadem et tres alij, ipsa hac nocte interfecti sunt,
et Martini coci sepulchro impositi.
XX Maij in templo Mauritij D. Musculus de amputatione vitis ex cap: 15. Jchan: concionatus est,

multa de bonitate patris coelestis, dicens, qui non statim palmites amputet, sed ad annos aliquot poenitendi et emendandi spatium misericorditer concedat. Item de improvida et praecipeti amputatione, qua hi utuntur, qui se Ecclesiae gubernatores et capita et gloriantur et haberi volunt. Et maxime illud urgebat omnem palmitem ferentem in me fructum pater purgabit, multis evidentissimis argumentis demonstrans, Quam non sit ullus mortalium, vel etiam sanctissimusque omni ex parte mundus, juxta illud, quis potest dicere, castum est cor meum. Obiter hos taxans, qui sanctos mortuos invocare, imaginesque eorum colere, docuerunt, obticentes, ipsos quoque aliquando peccatores fuisse. Exemplum Davidis adducens, qui extra vitem palmes, peccavit in adulterio, cum Betsaba et in occidendo Uria, per literas ad Joab. etc. sed pater benignus eum purgavit ut rursus largiter fructum in vite ferret. Interdum electos ne in donis superbirent, vel recalcitrarent, sicut Paulo Datus est stimulus in carne, et Sathan eum colophisans etc. Ait quoque sicut putredinem corporis ita et animae similiter duplicem esse, eam quae venit foras ad corpus, et eam quae ex corpore procedunt, primi generis sunt foetor vel stercus calceis adhaerens, et his similia. Secundae putredinis species sunt, pituita, sudores, graviolentia, halitus, et si quid talium sordium sit, etc. a quibus foris animus coinquinetur, qualis est morbus, a pravis colloquijs et impio sodalitio contractus, abintus vero malae cogitationes et conscientiae maculae. Et profecto inquit diversi sunt, modi sordium, nam aliae alijs et foris et intus tenatius haerent. Nam si quis calceos maculaverit in domum optimatis cujusdam intrare volens (modo honestus vir sit) pulverem extergere jubet, aliae vero sordes aliam purgationem requirunt.

Nam in putredine vulnerum fit sectio, ita vinitor, qui omnia novit, alium hac alium illac purgare novit vi is durius hic mitius, ab eo tractatur. Semper tamen in bonum sui. Et certe, ait, haud eum Christiano nomine dignum duxerim, qui calceos abstergere, novit et non secum recogitaverit, si quam maculam conscientiae accepisset, ut eam aliquando purgari satageret; Putredo aut illa non venit ex stipite, nec ex radice, aut nobili è succo vitis, sed ex degeneratione palmitum. Praeterea meminerimus, si qua à patre benignissimo crux nobis imponatur, id fieri in purgationem veteris Adae nostri et nobis in bonum. Manum igr patris patienter et obedienter feramus. Interim hoc addens Exemplum. Paterfamilias si surculum mali arboris stipiti inserit, et hoc virgultum in arbusculum evadat, et unum aut alterum pomulum haero suo producat, pergratum quidem est haero. Si autem tandem injustae proceritatis arborem excrescat, et tum non nisi praeter unum aut alterum pomum patrifamiliae tulerit, tandem subirascetur. Paterfamilias et arborem hanc succidere jubebit. Sic quaq; est patris coelestis erga nos animus, si semper erimus discentes, et nunquam ad frugem pervenire conemur, non quotidiè nobis ipsis meliores evaserimus, ac in vite illa Christo uberes fructus feramus. Sed haec omnia inqt dicta sint de christianis et qui Christo nomina sua dederunt, illi servire ex animo cupientes. Nam reliquos palmites, qui sponte degenerant, pater amputabit et collectos igni injicere jubebit. Dixit et alia multa praeclara in hanc sententiam. Faxit Deus ut simus palmites fidei portantes botros in vite vera Amen.

Hac die Franciscum nuntium rursus corbachium mul-
tis literarum fasciculis oneratum remisimus. Remisimus
et Doctori Majer libros suos per Melchiorem Lindium.
Ante meridianam, fratres sollicitatum ibant, sed Atre-
batensis patrem adierat.
A prandio verò per cubicularium ejus hoc responsi ac-
cepimus. Heri à missa Cæsari, de hac re se nihil dixisse.
Sed imperatorem se nondum resolvisse. Hic erat hujus
diei actus.
Invisimus Doctorem Carolum, at per exiguum erat eius
consilium, nisi quod patientiam suasit.
Venit Amanuensis ille et heri et hodie scripta affe-
rens.
Tafferne ait, flux venio, sic Germanicum idioma addis-
cunt Iberi.
Ero Domine Deus, quousque ira tua deseviet. En pertulit Ger-
mania pestem, famem panis, et gladium hostium exte-
rum et intestina bella, nec tamen finis est, minatur
ereptio verbi tui, cætera omnia justè, venerunt su-
per nos propter scelera nostra, ò Domine et hoc
postremum quoque probe meremur. Verum misericordis-
sime Deus, ut nos indignos peccatores confusio faciei et
omnia mala decent, ita Thronum tuum fortitudo,
magnificentia, et misericordia decet. Propterea te
ex imo rogamus pectore, aufer à nobis malum hoc, et nè
des famem verbi tui in quo solo vivimus, nos enecari,
Ne respicias nostra erga tuam pietatem, ò Deus
ingratitudinem, sed misericordiæ tuæ antiquæ re-
cordare, nosque diutius verbo tuo pascere digneris.
Mitte pater mitte opera, nos fideles in messem tuam,
et conserva ac conforta eos quos dedisti nobis, ne in
tempore tentationis hoc recedant, id te rogamus per Dē Am

12. Maij in Templo Minorum audivimus quendam à nobis
ante hac non visum, qui et doctrina et oratione non indoctus
videbatur. Prælegit autem Ecclesiæ, ex primæ Johannis
Epistolæ cap: 2 hæc verba. E nobis sunt, sed non erant
ex nobis. Nam si fuissent ex nobis permansissent utique
nobiscum. Sed ut manifesti fierent, quod non sint omnes
ex nobis. Deinde ait, charissimi, hic monemur, mirum
nobis videri non debere, si nonnulli et hoc tempore à
nobis recedunt, qui nobiscum Evangelium amplexi fuerant
tum ad ipsum tempore Christi et Apostolorum accidisse
videamus, magnæ autem consolationi nobis sit, quod di-
cit, sed ex nobis non sunt. Verum ut manifestentur qui
ex nobis non sunt. Nunquam enim ex corde veritatem
Evangelij susceperunt, et scimus ejusmodi futuros, et
Dominum et Apostolos prædixisse. Potissimum vero his-
ce ultimis temporibus sic manifestari oportuit odium
Cain in fratrem innoxium, Abelem. Sic inhonestatem
Sam in deridendo turpitudinis patris Noah. sic quoque
animus perversus Saulis innotuit in prosequendo opti-
mum Davidem, et cor Judæ proditoris in innocentem
Christum. Et quanquam Dominus diem statuerit, qui nec
procul abest, in qua cunctorum erit judicium. tamen
prius nequitiam malorum decoopertam vult, ut agnos-
camus veritatem dictorum christi. Nihil est absconditum
quod non reveletur; Domino Deo nostro Scrutatori
cordium, et probatori renum, nè cogitatus quidem
nostros clam esse. Sicut in Saphira et Anania,
Act: 5. Apparuit, qui subitanea in correptione per
Petrum perierunt. Discamus, inquit cautius mercari, et
actorum nostrorum rationem habeamus. Sed quia id
ex nobis ipsis non possumus, Deum ardentissimis vo-
tis pulsemus, quo spiritum suum bonum nobis donet, ut
in agnitione et confessione Christi, constanti fide
permaneamus; nec offendamur exemplo recidentium
ad seculum, et intentatione nobiscum persistere no-
lentium. Rogemus item, ut verbum suum nobis diutius

et relinquere et impartiri dignetur; Attende ô prudens Christi sequa, hanc clausulam non abs re, â concionatoribus Augustanis, concionibus et obsecrationibus populi adjici. si animum vertas et retrospicias, ad pontificum et Epicureorum subdolos conatus, potentem vecordiam, et vulgi Christianorum, (de ijs loquor, qui vulgi ingenium sequuntur, etiamsi tris reges sint et principes) ad Anti-Christi opes respicientis, et id apud eos, qui potiores inter nos videri volunt; hoc catti illi et diligentes verbi Dei dispensatores lineaeis oculis perspiciunt. Ideo oviculis acclamant, et eas sub pedum pastorale revocant, illis patrem pastorum Christum digito demonstrantes. Ne ergo multo oculatior, et nequam spiritus nos inter filios diffidentiae in devia abducat, et discerpet, et ne (quod Deus avertat) longanimitatem benigni patris floccipendentes pereamus fame non quidem panis sed verbi, quae omnium miseriarum et puppis et prora est, et omnium rerum eversio. Quod itaque omnes pij orandum ducunt. Id rogemus Dominum, ut largetur per Christum Jesum.

Eadem hospiti injunximus, ut singulis libris Domini Musculi, pileola nostri nomine in xenio daret.

D. Johannes Henricus, apud S. Mauritium ex cap: 12 ad Romanos, nimirum gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, explanavit.

Eadem summo mane, Fridericus palatinus Elector Bavariae Dux. Novomarchia abijt.

Vidimus magnificas structuras coenobij D. Udalrici, intra moenia Augustae, quod non pauci castrum caesaris vel civitatellam futurum existimavit. Fuit autem D. Udalricus, ejusdem urbis praesul, et ex stirpe comitum de Dillinger. Vidimus item aedes Johannis Georgij Fuggeri. Ubi forte fortuna ostium demus apertum reperientes intramus, hortum ambulacra concamerata, caveas item volucrum undique filo ferreo obtectas, et receptacula fontium perlustravimus. Et quod mireris, ad aedificioli cujusdam solare horologium pariete depictum cum lineamentis horoscopis ac umbris suis affabre exornatum, praeter quod in medio fere pariete Augusta urbs

et ejus situs probè delimata erant et omnes in confi-
nio urbes cum fluminibus et amnium quoque decursibus qui-
bus singulæ adjacent per notas quasdam et signa indica-
batur, ad quod terræ clima, quæque urbs situ suo vergere,
et quod miliaribus ab Augusta distaret. opus profecto
vel Apelli vel Zeuside dignum. In his ædibus Archidux
Maximilianus verna balnea habuerat, à medicis antido-
to contra longæ profectionis Hispanicæ incommoda et
contra inconsueta aera præmunitus.

Hojensis Scriba nihil hic proficere potest, Fiant tamen
omnia suo tempore.

Vidimus et eadem in suburbijs Augustanis versus portas
D. Jacobi ficulum et muro et tribus portis clausum ædifi-
cijs oblongis, quatuor in mansiones centum et sex divisas
et insuper liminari portarum, hæc saxo insculpta erant.

Ydalricus, Georgius, Iacobus Fuggeri Augustā Germa-
ni fratres qua bono Reipubl. se natos qua fortunā
maximorum operum Domino acceptam in primis
reverendam rati ob pietatem, Eximiam in exemplū
largitatem Ædes CVI cum opere et cultu municipibus
frugi sed pauperie laborātibus.

D. D. D.

Quidam autem ex hujus vici incolis cæteris præ-
est, ac ex unaquaque domo florenum tantum Au-
gustanæ monetæ recipit, quidem non in Fuggerorū
proventus sed ut si fortè Fuggeri non super sint
domus si qua opus refici ex hac pecunia quæant.
Eadem nuncius Pontificius advenisse dicebatur, ad-
ferens à Christi Vicario fortè à Christo Domino
nunquam vel cogitata vel jussa.

D. Johannes Cocleus Canonicus Eichstatensis, invi-
dia et vindicta infeliciori tamen successu, quam
ut proverbio dicitur (Scarabeus aquilam,) inci-
tatus scribrum conscripsit, contra nostræ religionis
aut si mavis Augustanæ confessionis, Auditores et
collocutores in colloquio Augustanæ germanice

den Nachtrab titulum intulit, sic ad sordidos pontificios Scarabaei et Cochleae, cum lubricis lumacibus arreptant, dum homines pietate et doctrina probati, celeri cursu vel terga vertere, vel latebras ~~ter~~ ~~gere~~ quaerere coguntur. Quae tamen latuit diu et tandem emergit veritas, post limino auspice Christo triumphabit.

Est et Augustae juxta ponticulum quendam posticum in suburbia exeuntibus, murus in quo in saxum aliquot sex imagines puerorum insculptas videre est. Hoc monumentum hospes noster in memoriam positum esse ait, quod tot numero pueri ibidem choreas ducentes, in Lijco cujus brachiolum, subter ponticulum transfluit submersi sunt.

Vix nobis ad hospitium reversis, Secretarius quidam Episcopi Monasteriensis patrui nostri, venit, sciscitans, num literas Episcopi nomine receperimus an secus, cui respondi nihil literarum ab Episcopo mihi hic obvenisse. Exhibuit igitur mihi legendas epistolas in quibus ipsi ab Episcopo injunctum erat, ut super aliquo negotio in absentia Francisci Deij, mihi scripta Episcopi afferret, ut de hac re apud consiliarios Caesaris Praesulem excusarem. Exhibens praeterea scripta duo Lazarum de Schwendi concernentia. Literas verò ad me datas, Secretarius et ego ab ipso Lazaro et interceptas et lectas suspicabamur. Verum id aliter deinde compertum est. Petierat autem Schwendi à patruo nostro, jussu, (ut ipse Lazarus scripsisset) Caesareae majest: ut in supplementum exercitus obsidentium Verdenam, equites circiter mille et aliquot tormenta aerea cum pulvere armentario etc. Et praeterea ut ad dietam in hannover mitteret. Ipse autem ego (quia me nullam, vel pro me ipso gratiam apud Caesarea nos proceres invenire sperarem) causam hanc à me rejeci. Eadem ostiarius Cameraeconcilij imperialis, jussu consiliariorum, ad hospitium nostrum veniens, scripta redintegrationis. quaerelarum Paderbornensis Praesulis, contra comites in Waldeck, Eubulo quem solum ibidem reperit tradidit.

Philippus et Johannes fratres nostri, cum Domina prin-
cipe Hassiae, pransi sunt. Samuel et Eubulus in hospi-
tio permanserunt.

Est rumor de solvendis comitijs.

Dominus de Lyra (ex cive princeps) Caesarisa consi-
tijs et exercitus Dux ad Cattorum principem missus
est.

Fuimus eadem in officina cujusdam, qui in coelando
aurichalco et in arte fusoria haud facile parem in
germania habere dicitur, apud quem Ecclesiastes qui-
dam in Memmingen Johannes Hummuelu dictus, in
usum Caesaris horologij tecam ex aurichalco deargenta-
to, et desuper deaurato, cum signis coelestibus, cursu
siderum, digestione planetarum, revolutionem coeli
et nescio quibus non notis, undique foras celatum, fieri
procurat. Cujus operis partem aliquam vidimus. Dicitur
autem, Hummelius ille, adeo quarus rei Astronomicae et
Mathesius, ut ipso Apiano cedere non videatur.

Eadem Milchlingum ad Ducem Ernestum, si forte re-
scripsisset, misimus, sed is nihil responsi id temporis
retulit.

Ero Quoniam summe et sempiterne Deus, oculis tuis ni-
nihil est absconditum, et millies melius ac nobis ipsis cunc-
tas necessitates nostras nosti, tu omnia misericorditer,
juxta beneplacitum Divinae voluntatis tuae. Tibi enim
soli cum Ecclesia ab antiquo fidentes merito et promissio-
nibus filij tui dilectissimi, Domini servatoris nostri
Jesu Christi, canimus, Exaudi nos Deus salutaris noster,
et propitius esto peccatis nostris, propter sanctum
tuum. Exaudi nos inquam in justitia tua, et uni homi-
ni tuo sit gloria, rege nos spiritu tuo sancto, ne pro-
ruemus ad dextram, neque ad sinistram dilabamur. Sed
ad normam tuae voluntatis, omnia nostra instituamus.
per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, cum
quo tibi et sancto spiritu, sit benedictio laus et sempi-
terna gratiarum actio. Amen.

13. Maij quam Christianorum vulgus Dominicam Exaudi
vocant, in aede Mauritio sacra, lector pro ambone caput

14. Math: Evangelista legit, et cetera quæ scripto prominere, is solet. Wilfgangus vero Musculus ex cap: 15 Johannis
20
hæc verba proposuit, vos jam mundi estis, propter verbum
quod locutus sum vobis, manete in me et ego in vobis
etc. Musculus itaq; recapitulationem eorum quæ die
Dominica, Lunæ, Martis, et Veneris elapsis, ad præ
cedentem septimam enumerandum decorat, fecit. Deinde
Quare christus discipulos mundos esse dixerit, ostendit
minimum ob verbum quod audierant. Item movit quæstione
quæ eorum munditiæ esse potuerit, cum Apostoli ambi
tione laborarent. Quare et à Domino correpti sunt, ipsis
dicente, principes gentium dominantur eis, etc. Vos autem
non sic. Et cum iterato de eadem re disputarent, puerum
in medium statuerit etc. Et hinc inde liquet Apostolos, et
non solum Apostolos, sed et nos omnes jam dum mundos
esse per meritum christi, et verbum ejus fide receptum.
Item quod Deus ex mera, et gratuita sua misericordia
etiamsi non perfecta in nobis puritas sit, ob filium per
imputationem, pro mundis nos habeat. Et quod nemo
sanctorum unquam adeo perfectus fuerit, quo hanc mun
ditiem omni ex parte in hac vita assecutus sit, nec ve
ra quoq; Ecclesia, nam necessitas eam urget quotidie orare,
remitte nobis debita nostra, et hoc loco multa serio de
adversaria Ecclesia dixit. Quod autem ait Dominus, ob ver
bum quod locutus sum vobis. Notandum hic est, quæ puri
tas hac non à nobis, qui intus et in cute vitiis effluimus.
Sed à Deo illa vera nobis contingat. Et propter ver
bum inquit, quod audistis scilicet à me, non ob quod
libet inquit verbum sed verbum christi verbum Do
mini, id q; unicum non Judaicas traditiones, non mahome
ticas sanctiones, non Judæorum Talmud, tertiorum
Alcoranum, vel pontificia decreta etc. Docens, quam
nihil extra et præter verbum Dei in religione eum
habeat, ob oculos ponens harum rerum antithesin, iter
de usu sacramentorum et de ijs, quæ sine verbo per
papistas. Sunt unctio extrema et his similia, opus
operatum et particularum Missas rejiciens; multa ex
D. Augustini scriptis adducens, quibus confirmabat verbum

non mortuum, sonum illum in aures penetrantem, et timien-
tem, sed verbum fide apprehensum, et puro corde con-
servatum, nos ad Christum perducere. Movit item quas-
tionem, quod non omnes verbi auditores mundi redde-
rentur, et exemplo Judæ Iscariotis rationem hanc red-
dens, quod Judas nunquam ex animo verbis Christi
adhæsisset. Perstringens quoque ejus farinæ Auditores,
Allegans dictum Augustini non vox transiens sed ve-
ritas remanens etc. Quod non verbum auditum, sed ver-
bum creditum est quam dixerat energia sit, inter
reliqua graphice emphasin voculæ (vobis) hic appo-
sitæ explicuit. Non enim quod angelis vel feris, sed
quod vobis prædicatur vobis in profectum cedit.
Monens hic, quam non conducibile est, in peregrina
lingua cum ignorantibus loqui. Præsertim quod juxta
Paulum, omnia in proximi ædificationem fieri debeant.
Librum inquit tibi est. Deo Hebraice, Græcæ, Gallice etc. lo-
qui. Is enim omne Idioma intelligit, longe autem aliud
est, cum homine peregrinæ linguæ ignaro loqui, et hunc
instituere Exempli gratia. Si scolasticus non ex omni
sermone præceptoris sui eruditior evadit. Nam si præ-
ceptor cum uxore propria aut familia confabuletur,
id nil ad discipuli institutionem facit, sed discipulus ex
eo sermone, quem præceptor ad ejus captum accommo-
dat, et proprie ad id instituit, peritior fit. Indicans
insuper quomodo genuinum scripturæ verbum hactenus
profligatum fuerit. et hujus loco Scotus, Thomas, Se-
raphici doctores, et siquid hujus albi homines suggestum
occuparunt. Sibi autem videri Germaniam, præ cæteris
nationibus, hac in re infoeliciorem. Nam postea quam
primum Christi fides prædicari cæpit, Apostoli et qui
ex hæbreis fidem annunciarunt, Hæbrea utpote sua
lingua in sermocinando et docendo usi sunt. ea videli-
cet, quæ illis erat nativa. Ubi Græci receperunt
Evangelium, græco suo Idiomate, quod illis nativum
erat usi sunt. Dum Romæ prædicari cæptum est, in
latio sermone cantabatur et prædicabatur. Omnibus enim
constat Vulgarem sermonem, id temporis in Italia

latium sive latinum fuisse. Et duravit id quoq; à prima Ecclesia ad pauca ab hinc usq; tempora. Miseris verò Germanis, psalmos canere et sacra celebrare in nostra lingua non permittitur. Cum tamen Tertullianus et Augustinus in Hippone sua in Africa Idiomate psalmos cantarint. Quod vel ex eo patet, quod vicibus aliquot, populum cum floruit in quodam psalmo caneret ut florebit cantarent monuit etc. His apposuit papistarum inania murmura et non intellectas voces de quibus loculenter disseruit etc. Superius autem, ubi de mundicia apostolorum dicebat Christum et per figuram locutionis eas appellasse mundos, qui secum animo recolerent, quae illis Christus hactenus dixisset, quanta accepissent et quae adhuc accepturi essent, si verba ejus audierint et si eo si dignos gerant. Ait enim hunc morem etiam Apostolo familiarem esse, ut cum admonere suos suae vocationis vellet, diceret, sancti estis, abluti estis, sicut et sanctus Petrus dicit, vos estis gens sancta, regale sacerdotium etc. His innuens ut memores nostrae in Christo conditionis essemus, nec ignobilibus hujus seculi nos immisseamus etc. veluti si quis ritè ad virginem dicat. Sancta et pudica es quasi diceret, non te ejusmodi moribus esse, ut turpes istae laniae aut lupae sunt, convenit. Item ut alicui ex nobili stemmate nato ejusmodi verbis calcar ad virtutem addere possemus. Ex illustri prognatus es prosapia, decet te generis tui decus illustrare, modo nobilibus ortus sis natalibus. Et profectò maximopere id temporis necessarium fuit, nobiles nobilitatis et stemmatum ut rationem habeant admoneri, ne ut modo fit in omne vitium praecipites ruant, hoc modo posse putabant vel concionatorem vel parentes vel patrem familias suos alloqui, minimè verò permissum iri aliquem talia de se ipso dicere, addens quod hic xxxxpos Graec latine mundus caeteri Heretici quod se mundos

esse gloriarentur dictos esse. Postremò jussit Deum nos orare, ut verbum suum nobis diutius audire et prædicari largiretur, quo in Jesu Christo, in viti illa vera palmites frugiferi fieremus.

Melchior à Horstal et Hermannus Reidesel nobis obvij fiunt.

Sub prandio Vulphilas Brabantinus à Noverca ad fratres literas deferens, venit. Salutem nobis quoque uxorculæ nomine dicens.

Detulit et à Schonstadio et Hermanno Nellio unas nobis literas, Facta Abbatis Breidelariensis Flechtorfij et Volchmariensium &c. continentes. Johannem Milchlingum ad Ernestum ducem miseramus, sed nec modo eum convenire erat.

Eodem in templo Mauritij loco vespertinarum præ cum Ecclesia psalmum aliquem cecinit. Deinde lector caput 2. Epistolæ ad Galatas legit. Rursus Ecclesia cantu Spiritum sanctum invocabat. Et mox Dijohannes Henricus ex capi 12 Epistolæ D. Pauli ad Romanos hæc verba: Gaudete cum gaudentibus et flete cum flentibus, eodem animo alij in alios affecti. Non arroganter de vobis ipsis sentientes, sed humilibus vos accommodantes. Ne sitis arrogantes apud vosmetipsos, neque cuiquam malum pro malo reddatis, populo exposuit. Indicans, quam noxius sit ambitionis morbus. Quod et ipsum, scripturarum testimonio et exemplis, adeo perspicue docuit, ut vel manibus palpare posses, quam animis omnium ex corrupta natura is morbus hæreat, et sic singula in suas classes, Christiana diligentia digessit. Jubens ut Dominum illum, qui nostri causa, nullam non injuriam perpessus est, imploraremus, quo concedat nobis animum inimicis benevolentem, et spiritum ad instar ipsius Domini, posteaque idem Dominus nos humiles spiritu

esse imperavit, Adduxit et locum pauli ex philippensibus cap: 2., hunc scilicet, si qua igitur consolatio in christo, si quod solatium dilectionis, si qua communio spiritus, si qua viscera et miserationes, complete meum gaudium, ut similiter affecti simus eandem charitatem habentes, unanimes idem sentientes. (vide latius caput 2 Epistolæ ad philippos) post concionem Domino gratias egit Ecclesia, ac sic cum benedictione in pace ab Ecclesiaste dimissi sumus.
Eadem Wilhelmus comes à Nassau majorem Electorum et principum partem convivio excepit.
Magistro Liborio Injunctum est, ut comiti à Nassau injuriam, nobis à Breidelariensi Monacho factam, recenseret, ejusque consilium super hac re peteret.
14. Maij in templo minorum, D. Leonardus ex cap: Marci ultimo, historiam ascensionis Dominicæ, perpulchre concinnavit, ac inquit; Et Dominus postquam locutus est illis. Quid inquit locutus est eis? nimirum eos in omnem terram abire, et Evangelium omni creaturæ prædicare jussit etc. Sublatus est in coelos, et id non adjuvantibus angelis, ut nonnulli Hæretici somniarunt. Sed sicut christus passus est, et resurrexit pro nobis, virtute propria, ita quoque gloriose ascendit ad coelos. Et quid rerum ibi agit? sedet ad dextram patris in majestate ejusdem verus Deus et homo, pro nobis interpellans. Gratia autem sua et divina præsentia nobiscum futurus, usque ad consumationem seculi. Ipsi autem exeuntes prædicabant in omnibus locis. Hic videmus inquit, quam Domino curæ fuerit, prædicari Evangelium, et id ipsum, ut supra dictum est, omni creaturæ; Hic autem nec vir, nec foemina, nec servus nec pauper, nec dives, aut Græcus aut Judæus, Schijta, Germanus, aut Barbarus, excipitur. Quia non est personarum acceptio apud Deum, sed ex omni gente et terra recipit nos, si modo Christo quis hæreat, et verbo ejus audiens

fuerit. Et tanto bono nemo excluditur, nisi qui incredulus est. Jubet autem prædicari Evangelium, et hoc unicum. Sicut enim unus est Deus et unus mediator Jesus christus, ita nec est nec erit, nisi una vera et perpetua religio, et unicus verus Dei cultus, credere scilicet in Deum patrem, et quem misit, filium in nostra carne ad dextram ejus sedentem, Jesum Dominum. Hunc laudemus cum sancto spiritu in sempiterna secula. Grati igitur simus Domino de gloriosa sua Ascensione et satagemus, eum, eo quo ascendit sequi. Recitavit et præscriptam orationem, qua orabamus, ut ~~dext~~ Christus ad dextram Dei patris sedens, animos omnium nostrum, eo ubi ipse est, dirigere dignaretur, et interim nobis in terra suo numine propitius adesse velit.

Fama fertur Cæsaris veredarium, qui inter Romam et Mechlingum cursitare consuevit, non procul à Spira Vangionum, et literarum fasciculis et nummis, nescio à quibus exutum esse.

Cum dies duos intermisissemus, hodie rursus apud Atrebatensem sollicitatum ibamus. Verum is ante adventum nostrum ad patrem transierat. Itaque in ædibus Fuggeri, si forte exiret, præstolabamur. Sed ubi didicimus, eum ibidem pransurum esse, re infecta hospitium petimus. Ne tamen omne oleum et operam perderemus, Wolradus cum cubiculario Episcopi egit, ut apud præsulem suum nostri mentionem faceret. Rogans ut vel aliquo nos responso dignaretur, si forte antequam ipsi reverteremur Episcopus ad mansionem suam veniret. Aderat et inauspicatus Malvenda. Wendelinus assumptis fratribus nostris tentare voluit, an possit illis facultas Archiducem alloquendi obtingere. At nihil evenit.

A prandio hospitium Atrebatensis repetivimus, qui in horto cum nymphis deambulabat, post pusillum temporis, Germanus ejus frater venit, et ipse hortum intrans; statimque reversus, quem mox subsecutus est, frater Episcopus. Cujus conspectui cum nos exhiberemus

ait, certe adhuc nihil potui Caesi Majest. referre. Rogatus igitur est, quaesita tandem oportunitate, nos commendatos habere velit. Quod se facturum recepit, sed fide (ut mihi videor) aulica. et haec hujus diei catastrophe erat.

Interim autem cognovimus, ante dies comptures, causam philippi comitis a Nassau et nostram, Imperatori expositam esse. Sed haec materia non facile resolvitur, nisi patrono nomo, nec obularia hac rest est.

Frater Atrebatensis nomine fratrum nostrum, quibus enim illi Normatiae noticia contigit, ut nostram causam apud Atrebatensem juvaret, per Eubulum rogatus est. Pollicitus et hic est montes aureos, et nos omnes, data dextra salutavit.

Eadem in nocte Lixa quidam consularis Augustae clam destine interemptus est.

Dominus de Emmerseit Caesaris Aulam subsequutus Brabantinus Augustae moritur.

Dido de Knipshausen, quo vigilium in suo negotio vigilantiorem redderet, Ipsi patera deaurata octuaginta florenorum libavit.

Ernestus dux renunciavit, se hactenus apud Electorem in causa nostra nihil effecisse.

Eadem ad Balthasarum Gultlingum perscripsi.

Comes Anthonius nondum in gratiam Caesaris receptus est.

15. Maij in templo Minorum D. Leonardus ex Evangelistis rursus de commodo et fructu ascensionis Dominicae disseruit, et potissimum de articulo fidei nostrae. Ascendit ad coelos sedet ad dextram Dei patris omnipotentis.

Has autem duas sententias, Dedit dona hominibus, et praecepit eis, ne ab Hierosolijmis discederent, donec virtute induerentur ex alto. Indicans quam nihil boni ex nobis ipsis proveniat. Proferens exemplum Petri qui adeo timidus fuerit, ut sub passione Domini voce etiam mulierculae territus christum abnegaverit, et e contra quantus fuerit hujus Apostoli ardor in Christo cum virtute ex alto indutus fuit, ita ut non solum negationem suam deploraverit, sed Dominum constantiae animo

Confessus sit, quin et cruci affigi voluit, facie ad terram versa
Quodque absque his donis, quae Christus hominibus dedit, nihil pos-
semus. Allegans psalmum 68 multa ejusmodi docta et chris-
tina simplicitate docens. Nam praeter raro huic concion
interfuit cives Domus familias.
Cum liberio nihil de equis remittendis agi potuit.
Eadem sollicitatio apud Atrebatensem intermissa, nec Nassa-
vius ante meridiem conveniri potuit, eo quod Archiepisco-
pus coloniensis et ipse de resarcienda concordia filiorum
Ottonis de Retberg agerent. Ottoni autem duo supersunt
filij, natu major Otto et ipse nomine. natus matre è stir-
pe comitum de Seyn, et Johannes filius sororis Dominor
Frisiorum quos Juncker Omeckens Söhne Casparum
Balthasarum et Simonem nominant.
Petrus à Denstat. Joanni Friderico Duci Electori etc. et
hic aerumnarum suarum socius et à dapibus ferendis est.
Lanio, à quo nostri carnes esculentas comparabant, scrip-
to ut vocabant supplicationis, comites à Waldeck roga-
vit, ut pro fratre ipsius, nescio ob quod commissum apud
consules Augustae intercederent, negotium hoc Johanni
Hako, et Josto Colmachero injunctum est.
Dominus de Brabanzon heri ex Brabantia advenisse
dicitur, qui intra quinque dies à Brussella Braban-
tiae Augustam adequitasse creditur.
Eadem Carolus à Stockem nobiscum praesus est.
Orat. Domine Jesu quia immotus sermo veritatis tuae per-
manet, quem discipulis tuis locutus es, dicens, Sine me
nihil potestis facere. Quare jamdum in monte Olive-
ti coelos ascensurus, ex divina tua praescientia, eos ca-
vere jussisti, ne ab Hierosolymis discederent, antequam
virtute ex alto induerentur, agnoscimus cogitationes
nostras futiles et evanidas, emarcida quoque et quae stulti-
tia humanae vanitatis nobis somniamus opera. Te igitur
mitissime Rex et salvator, jam post assumptam humani-
tatem Deum verum et hominem ad dextram dei pa-
tris sedentem et regnantem deprecamur, ut spiritu

tuo bono, nobis adesse (qui nusquam non es) velis et cor-
da nostra ex alto induere, ut te digna et facere et co-
gitare valeamus. Idq; per tuam metipsam bonitatem.
Qui vivis et regnas cum Deo patre et sacro pneumate
Deus trinus et unus. Amen.

Quoniam vana spes ab homine, fortissime Christe
Schilo tu nostram causam age.

Eadem inter tertiam et quartam pomeridianam horas,
Cæsar per caduciatores suos Electores, cardinales Ar-
chiepiscopos, principes, et quicquid statuum Imperij
Augustæ aderat, in Palatio ipsius adesse debere, edixit
Adfuere eodem tempore et milites armati pro statione
stantes. Fuit autem fama, interimens illud INTERIM
publicitus ibidem legi debere. Sed videamus, postera
quid portet lux.

Eubulus apud Dominam Principem coenavit, ubi
principis consiliarij Georgius à Beimelburg LL. doctr
Melchior à Horstal præfectus Calcidis, Georgius à Mols-
burg, Satrapas in Wulfhagio Hassiæ quoq; aderant.

A coena Domina Christina, in familiari colloquio Wol-
rado retulit, Dominam Catharinam Socrum Eubuli et
ipsam Christinam sanguine junctas esse, excidit autē
modo quo ingradu. Certum est autem ex Brandenbur-
gensi domo hanc sanguinis earum junctionem esse.

Eadem Plagiarius quidam advectus est, qui quosdam
mercatores in ditione Marchionis Alberti, spoliarat,
licet Norici cives in suo territorio id factum dicerent,
ac prædonem comprehendissent, mature autem Cæsar
interveniens, hominem huc Augustam ad plectendū
advehi jussit.

Pro Domine Jesu, dum fabricatores impij fabricant, IN-
TERIM tu veni interea, et nos serva ab intricato
INTERIM, nosq; verbo tuo pasce.

Catechissimi frequentatio hic per menses aliquot
ob improbitatem vulgi Iberorum intermissa est.

Eadem à nonnullis nobis dictum est, Coloniensem se obtu-
lisse, si comites Waldeciani ipsum affatu dignarentur
apud Cæsarem pro ijs intercedere se velle.
Conradus à Beumelburg eques, sex millia peditum, ad
merenda stipendia, jussu Cæsaris, conduxit.
Argentoratensis ager, pedentium ab Iberis peti dicitur
16 Maij, ante quintam mercator quidam venit. Volens
gradarium meum emere, verum nihil inter nos con-
ventum est.
Quod interim fit ferè præter ordinem fit. Igitur
et heri nihil de interim illo factum est. Hæc autē
accepimus à Carolo a Stockem, heri apud Electores
et Status imperij, Cæsarem in præsentia fratris
sui Ferdinandi Romanorū, Ongariæ et Bohemiæ
Regis, per Archiducem Maximilianum, exposuisse
quomodo et quas ob causas, et quod concordiæ grati
et paterna in patriam Germaniam affectu. INTERIM
hoc conscribi jussit. Maxime verò, cum id sic fieri
unanimi consensu ab Electoribus principibus, et Sta-
tibus imperij, petitum sit. Exigere igitur Cæs. Majest.
ab electoribus Ecclesiasticis et secularibus princi-
pibus etc. et cæteris statibus Imperij, ut eo animo h
quo Cæsar illud conscribi statuerit, suscipiant, et in
ta INTERIM illius præscripta, quæ religionem concer-
nunt, observent et ad hujus normam suos vivere pr
curent, usq; ad futurum concilium proxime indicandū
Electores habito consilio Gratias imperatori pro s
clementia egerunt. Laudantes amorem ipsius in
communem patriam, et ut communibus ordinibus Im-
perij hoc impartiretur, rogarunt. Erit autem
hujus historiæ actus alibi describendus.
Eadem Wolfgangus Musculus, loco et tempore con-
sueto, concionatus est, ex cap: 15. Johannis Evang-
listæ, nimirum de his verbis Domini. Manete
in me et ego in vobis. Sicut palmes non potest fer
fructum, à semeti pso nisi manserit in vite, sic

vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites,
Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum
quia sine me nihil potestis facere etc. Duplex est inquit
adunio sive conjunctio, una est, qua coglutinatur
Magistratus et subditi. Magistratus potest dicere sub-
dito. Mane sub me. Magister discipulo, mane sub me.
Maritus ad uxorem, mane penes me, vel apud me,
Prior autem conglutinatio non est perpetua, quia disci-
pulus non habet opus semper apud magistrum
permanere. Sed saltem donec literas addidicerit.
Item mechanicam artem addiscens, non semper eodem
opifici adhaerere cogitur, sed potest et aliquando ipse
artis suae experimentum facere. Altera autem adunio
spiritualis est et interna, et de hac Christus hic loquitur
Manete in me et ego in vobis. Sic non loquitur papa
sed manete sub me etc. et hic pontificam tyrannidem
non nihil detegens, ejusmodi sermoni aliquamdiu immo-
ratus est; ajebat autem praeter hanc unicam, nulla est
concordiae via scilicet, ut maneamus in Christo, et ille
in nobis. Et profecto supervacaneus est labor, ut in
Coeremoniis et adiaphoris conveniamus causam Justi-
ficationis, interim floccipendentes. Haec inquam, foret
ad concordiam via. Si Ecclesiastae Donei constituerentur
quia populum docerent, quomodo in Christo uniremur
et tum cogitarentur de hominibus ad id aptis, qui nos in-
vicem reconciliarent etc. Quod Christus dixit mane-
te in me exhortationis sermo erat, quo illis in mentem
veniret, quae prius ad eos dixerat. Quod autem ait, et ego
in vobis, promissio erat; Allegavit vero Musculus aliquot
Augustini locos, de libero arbitrio, ad hunc sensum fa-
cientes. Oportune autem palmites in vite manere,
alias si extra vitem luxuriarint eos amputari, colligi
et concremandos in ignem projici. In me inquit Christus,
scilicet uno me, nam divisus non est; adducens Pau-
lum corripientem Corinthos, quod se alius Pauli
alius Caephe, alius Apollinis discipuli gloriarentur
esse. Nec interim negligens papistas et Monachos

diversi ordinis et similes qui non in Christo, sed sub sui
patronis sunt. Item taxans et nostris, qui verbo tan
tum et ore, tenus Christiani sunt. Nec enim sufficere
ait, vitis succum adtraxisse, sed oportere ut vuas et
bothros feramus. Sed dices forte, qui scire possum, q
do in Christo maneam? respondit, cum spiritus qui est in
homine sciat quid sit in homine, facile resciveris, num
ex corde bene erga christum affectus sis, an secus. Quia
autem palmes non fert fructum extra vitem, manend
tibi in christo est, et hic rogandus est, ut juxta promis
sionem suam in te maneat, et praeterea multas salu
tares parenesis ex hoc textu D. Wulfgangus Musculus
produxit. Det christus Dominus ut in eo permaneam
et ipse in nobis manere velit, juxta ipsiusmet, qui
ipsa est veritas promissionem.

In obsecrationibus inter coetera orare, pro imperato
re, rege, Electoribus et magistratibus omnibus, ut
Deus illorum animos instillare dignaretur agnosce
quae sit differentia inter magistratum Turcicum et
christianum jussit.

Eadem quidam certo affirmabat, intra duos menses
comitia absoluta fore. Sed vanus hic extitit augur
Posteaquam Atrebatensis à septima ad octavam à
nobis expectatus esset, tandem hoc dedit responsi.
Se nondum nostri potuisse, apud imperatorem men
tionem facere. Rogatus ut vel adhuc faceret; faciam
ait, sed oportet eos expectare tempus ad id commo
dum. Aderat et Malvenda.

Marchio Elector Brandenburgensis et uxor eius
Comes Johannes à Waldeck et Schombergius pr
thospatarius Caesaris, apud Dominam principem
Hassiae pransi sunt.

A prandio Elector Brandenburgensis uxorem suam
et Landgraviam, in hortos Herbroti vernatum
duxit. Ubi Dominam Landgraviam et ipsi allocu
ti sumus eam ad hospitium ducentes.

Allata est fama in Novomarchia urbe Palatini Electoris, interdiu claro jam sole, templum facibus ardentibus undiq; completum, ita ut hominibus in foro deambulantibus proximo visum sit intus conflagrare, et nescio qui tumultus intra templum auditi sunt. Omen haud dubie. Quid autem protendat, novit Dominus qui propitius cuncta mala avertat. Relatu Adsiani à Zertzen et Eichstatensis Episcopi.

Marchio Elector Brandenburgensis, apud Cæs: majest: se pro Waldecianis comitibus intercessurum pollicitus est Adrianus à Zertzen, cum Coloniensi Eubuli ergo egisse se gloriabatur, ut non solum ipsum excusatum habere, sed amicitiæ quæq; officia præstare illi vellet. Sed quis credit (ait propheta) auditui nostro.

Eadem gradarium quem à Viermundem Emeram, pro duodecim taleris vendidi.

17. Maij Leonardus in templo minorum, populo confessionem publicam primo prælegit, et deinde hæc verba ex Cap: Actorum j. Cumq; essent defixis in coelum oculis, eunte illo, ecce viri duo astiterunt illis amicti vestibus albis, qui et dixerunt. Viri Galilæi, quid statis intuentes in Coelum? Hic Jesus qui assumptus est à vobis in Coelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in Coelum &c. recitavit. His lectis, ait, Scitis quid in enarratione Historiæ ascensionis Dominicæ heri adhuc addicendum reliquum fuerit, nimirum de hoc, quod Dominus noster Jesus Christus sedeat ad dextram Dei patris. Sedet, inquit, non ut papa Romæ omnia præcipere otiosus, sed sedet illic verus Deus et homo regnans, cum patre æquali potentia, imperitans Coelestibus exaltatus super Chærubim et Seraphim Dominationis et potestatis, rex quoq; terrarum et immundorum inferiorum spirituum. Administrat autem regnum suum dupliciter, devastat omnes impios, nec est quod quispiam

ei resistere quaeat, etiamsi undique flammis suis et undis tyranni saeviant, nam quo durius premitur, hoc latius Evangelium praedicatur et evulgatur. Allegans hic orationem D. Petri in conventu Hyerosolymitani Senatus Act: 5. et detestans enorme facinus concilij constantiensis in Iohannem Huss, qui prophetaverat, post centum annos, Deo et sibi hujus maleficij rationem reddendam. Regnat quoque Christus in suis, eos in misericordia corripiens, confortans, et in periculis sustentans, Item ex scripturis testimonia adduxit, quod in Symbolo dicitur, ascendentem ad coelos, sedentem ad dextram patris. et quod Act: 7. Stephanus prothomartyr ait. Ecce video coelos apertos, et filium hominis stantem a dextris Dei. Item de utraque dixit sententia, quam Dominus Jesus judex vivorum et mortuorum laturus esset super hircos et hoedos, impios et electos. Quoniam vero ob temporis penuriam ultra progredi non poterat, id quod praelegerat, in chrastinum tractandum reliquit. Deinde collecta Dominica oratione et benedictione clausit concionem et Ecclesiam dimit.

Eadem Wulphila Brabantino, disputata colloquij Ratisbonae per Bucerum descripta ad Nellium perferenda dedimus, et Catharinae Schildern praecum librum transmisimus, et Hermanno injunximus, ut familiam amiciri curare.

Eadem balnaeis usi sumus.

19. Maij quae erat D. potentiae dies, virginis illius sanctissimae, non eius quae interim illud. Sua potentia, pavidis, Christi oculis, obtrudit, quaeque cum suis assectis arrogantia et philantia fere sola regnat, cui se principes pontificij, et nostri fere omnes nunc addixerunt, quam et venerantur, admirantur et adorant, existimantes, cum Christus dixerit. Regnum meum non est de hoc mundo, illis conducere, si hoc rege a tergo relicto potentiam illam amplectantur. Sit autem summo patri

Cum dilecto filio suo et Spiritu Sancto Laus, quia non dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israhel, sed rex ille coelestium terrestrium et inferorum Jesus Christus veniens, veniet judicare aethaeos hos et seculum per ignem. Ille nobis ne in conspectu ipsius, cum cum angelis suis apparuerit pudefiamus, donet.

Eadem D. Iohannes Henricus ex cap: 12 ad Romanos. proinde patrantes honesta in conspectu omnium hominum si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace viventes, non vosmetipsos vleiscentes etc. Usq; ad finem capitis, enarravit. Hic rursus adduxit exemplum patrisfamilias, qui liberis suis vetuit, ne quem ledant, aut vel percutientem ipsos repercutiant. sed si quis illis injuriam inferat, id apud patrem familias quaerelentur, is pro paterno affectu, multo melius injuriam filijs illatam depulsabit, quam pueri qui molles adhuc aetate sunt etc. Item etsi facies benigni patris filijs in ipsos austera esse videatur, et verberaret etiam ob commissum aliquod, tamen semper aequa patris erga filios mens est. Demonstravit quoq; per scripturas, quam serio Deus vindictam sui prohibuerit, christianus omnem injuriam sibi illatam patienter ferat, Deus qui sibi reservat vindictam, novit tempus ultionis. Nos autem inimicis benefaciamus, et pro ~~eius~~ eijs oramus. Dandus est enim locus irae Dei, quod et oratio dominica nos docet. Oramus enim quotidie remitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; Monuit autem quorum intersit vindicare et quatenus etc.

Allium in crusta concisum et per noctem vino sublimato maceratum, et concisim deglutibatum, contra calculi cruciatus facit.

Dum inter confabulandum in convivio, de iniquitate et avaritia Iurisperithorum et Dorophagorum illorum aulicorum qui non servata regula ὅτε πάντα, ὅτε πάντα, ὅτε παρὰ πάντων. avari marsupium habent ab omnibus aeque dona rapientes, quidam ejusmodi fabulam

narravit, dum duo nec ij parvis de rebus inditio contenderent
prior jurisconsultus a quo consilium petierat bona justae
magnitudinis donavit, putans hoc munere jurisperitum
sibi totum devinxisse, ac deinde re ipsa syo malo experetur
eundem et ab adversario suo in consilium adhibitum esse.
Expostulans cum jurisperito ait, non potui in hac cau-
sa meum bovem mugientem audire. Vera dicis respon-
det jurisperitus, nam caput habebat tunica holose-
rica et maritum pellibus obducta obvolutum. Indicans
magis ipsum praeciositatem vestis, vel quam ad prio-
ris munus aut jus animum vertisse.

Eadem a consiliarijs imperialibus facta est mentio, Wulf-
filae ex omni parte Wulphilij, quid non exquisitorum
esculentorum gratia Turcones non agant ex hoc patuit, quod
capos et perdices e Mechlinia Brabantiae Augustam ad
portare curarunt.
Florus in hunc usque diem miserrime et calculo et ilienteria
laborat.
Eadem Carolus a Stockem et ego Doctorem Marquardum
adivimus, cujus consilium ~~aliquod~~ erat ad dies aliquot mo-
rem nectere. Deinde liberius pro dimissione instare quod
autem de dimissione apud Marquardum mentionem fecera-
mus, haec causa suberat, quod nobis persuasum erat, non
nullis, qui una nobiscum Augustam citati fuerant domum
remeandi certum temporis spatium datum. Quod ipsum
tamen postea non veridissimile fuisse compertum est.
Atrebatensem allocuti sumus, qui pro more suo re-
spondit. Nihil adhuc Caesari super nostro negotio re-
latum esse, nec illum latere causam Philippi comitis
a Nassau et nostram fere eandem esse. Rogatus igitur
(quoniam ad imperatoris pallatium accessurus jam no-
bis videretur) nostri mentionem habere vellet.
Respondit. profecto tot sunt publica negotia, ut hac-
tenus de privatis nihil agi poterit et intra duos dies

ad imperatorem accessus, mihi non concedetur. Sed tamen faciam, faciam, Imperator de his informetur.
Carolus igitur et Eubulus priorem petitionem repetunt, cum significatione quod maximo regionis et rerum nostrarum dispendio isthaec tempus terere mus. Quamobrem D. suae consilium rogaremus. Num ipsi consultum videretur à Caes: Majest: cum gratia dimissionem mensium aliquot petere, reversuri ut primum id jussi fuerimus. At Atrebatensis, ait; certè Caesar hoc non patietur.

Fratres nostri interim Maximilianum Archiducem Adire. Qui pro humanitate sua vos audiens, clementer omnia promisit. Forte Titi imperatoris dictum. Neminem oportere à facie principis tristē abire mente recolens.

Eubulus aedes Nicolai Majer petit, eius consilium additurus, voluisset quidem hic omnia nobis ex votis cedere. Sed qui lupum auribus tenet, credo cancionum amatoriarum non meminit. De scripto tamen supplicationis inter nos conventum est. Volebamus et palatium Archiducis adire, verum ubi fratres illic fuisse cognovimus, supervacaneum nobis visum est.

Georgius a Malspurg in Dominico Augustano nos reperiens, nonnulla de responsis, nostrā principē concernentibus, detexit. Sed omnia ferè amphiboli ca erant.

Eadem Franciscus Monasteriensis praesul, ad Johannem et Eubulum comites literas dedit, certior fieri cupiens, de statu rerum nostrarum, et quam conditionem nostram doleret. Significans interim se offerens, si qua via ipse nos juvare posset.

Otto comes à Retberg, nobiscum pransus est.

A prandio Johannes frater noster et Adrianus à Zertzen, Electorem Mauritium adeunt, rogantes ut nos apud Caes: Majest: commendatos habere vellet,

et intercedere, ut ira Cæsaris in nos mitigaretur. Si-
cut ipse Mauritius, antea se facturum receperat,
cum idem à nobis peteretur, is, ut hi duo nobis retu-
lerunt, se facilem præbuit, verum post longas ser-
monum ambages, jussit, ut omne negotium chartis com-
mitteremus. Nam hodie ad vespertinas præces, vel crasti-
no saltem, una cum Archiduce Austriæ et Electore
Brandenburgensi, nostri causa apud Cæsarem instituru.
In vigilia pentecostes, in Dominico canonici, more
suo reboarunt, sed vix viginti homines frugi eorum
festivitates fræquentarunt.
Eadem in porticu Dominici, vidimus depictum simula-
chrum ambitionis. Erat autem ferè ejusmodi pictura.
Virgo buccas inflatas et rubeas habens, veste viola-
ciei coloris induta, capite nuda, Cæsariæ flava et
crispante in cervicem retorta, oculis undique circumspi-
cientibus, et ipsis limis subter arborem sedens, ti-
bias et pedes tenus, nuda super caput scriptum ha-
bebat; Gloriam et honorem. E regione autem sui verbum
(ambio) Erat autem mitra Episcopalis à longè posita.
Videbatur autem hoc simulachrum id denotare hujus
temporis ut vocant, spirituales nihil ambire, præ-
ter gloriam et honorem mundi, et Episcopales opes non
opera.
Eadem conjugi hospitis magistri Flori marcellinos sex
dedimus, quo diligentius eius curam haberet. Nam et puer
quoque Liborij, morbum nescio quem inciderat.
Eadem principes fere omnes, Cæsareanis et regijs ves-
peris interfuere, magis adulationis quam devotionis ergo.
Eadem supplicatio (ut vocant) nostra, concilio Im-
periali oblata est.
Inter quartam et quintam horas pomeridianas, Hen-
selinus venator, venit ad fratres nostros à Noverca
missus.
Nobis quoque literas Dominæ socrus uxoris et Doctoris

Melchioris ab Ossa, commendaticas, pro Eubulo ad Doctorem Johannem Strombergium, et Doctorem Udalricum Mordeisen Consiliarios Mauritij Ducis et ad Philippum Selden, vicecancellarium Cæsaris, nec non Nicolaum à Ronritz cæsareum commissarium adferens.

Eadem Johannes à Nichenbach, medicinæ Doctor nobiscum coenavit.

Redditæ nobis sunt eadem literæ, spectantissimi equitis Balthasaris à Gültlingen. Faxit Dominus utriusque votum foelicem sorciatue effectum.

Ambrosius Amman, quæ de INTERIM obolevérat, nobiscum communicavit.

Volckmarienses et Canstein egregiè comitum absentia abuti dicuntur.

Eadem Madrutius Tridentinus Episcopus et cardinalis Augusta abijt.

Carolum à Stockem, de serijs cum eo acturi, ad coenam vocavimus. sed nescio qua molestia remoratus est.

Eadem cognovimus consules Augustanos, fratrum et nostri rogatu, lanionis nostri fratrem in gratiam recepisse.

Orat: Veni creator spiritus, mentes tuorum visita, imple superna gratia, quæ tu creasti pectora. pene enim in omnibus nobis, ignis amoris tui extinctus est, tu è favillis flammis exita, quo corda nostra calefacta, ea quæ nobis juxta promissum Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi suggeris, medulitus nos afficiant, et ad animæ receptaculum fide pura ca transmittemus. Teque rectore omnia nostra ad Dei patris gloriam, ipsius audientes filio dirigamus. Qui vivis et regnas cum eodem patre, et filio in trinitate perfecta, Deus, trinus et unus Amen.

20 Maij quæ erat ipse dies penthecostes, sub sextam horam ante meridiem, ad D. Mauritium, piæ aliquot canciones decantatæ sunt. Deinde lector ex cap: 15. Math: paragrophos nonnullos legit, ac cætereas meditiones pro solito fecit. Post hæc D. Musculus invocato Coelestis

numinis præsidio, Historiam diei festi hujus, ex cap: 2
act: legit usq; ad hanc sententiam. Et loquebantur va-
rijs linguis, prout spiritus dabat eloqui eis etc. Aiebat
autem oportere animadvertere, qua animi intentione
beatus Lucas Evangelista, et librum suum priorem et
et hunc. Cui acta Apostolorum titulum fecit scripserit.
Videtur autem inquit D. Lucæ hoc fuisse institutum,
ut sicut in priore de humanitate, passione et resur-
rectione Christi, similiter et de gestis ac miraculis
Domini sermocinatus est, ita in hoc secundo scribere
voluit, qualis regni Christi successus et status, post
eius resurrectionem et ascensionem fuerit, et hic
Evangelistæ ordo observandus est. Similimodo quoq;
historiam missi spiritus sancti literis mandavit. Li-
quere autem ait ex hac donatione spiritus sancti, quam
firmus et ex omni parte sibi constans sit Dominus
noster Jesus Christus, in promissionibus suis, utiq;
qui jam ad dextram Dei patris sedens, tamen pro-
missum toties paracletum mittere non neglexerit.
Allegans locos multos ex Evangelistis de promisso hoc
spiritu. Item quanta vanitas sit promissionum humana-
rum, et quam proclivis beneficiorum oblivio. Adducens
exemplum pincernæ regis Pharaonis erga Joseph, in
libro Genesis capite 41. Item quod spiritus sanctus in
divinitate æqualis cum patre et filio sit. Hic quoq;
non nullorum Hæreticorum errorem corripiens. Item
quod interdum domum Spiritus sancti, pro ipso spiritu
accipiatur. Item quid sibi velit Evangelista cum
ait. Et factus est repente sonus, sicut venti vehemen-
tis, et quam hic Evangelicus sonus, passim orbem terra-
rum commoverit. Potissimum in Germania, in qua his
pessimis temporibus Evangelium prædicari coepit.
Item quod spiritus hic non Petro soli datus sit,
sed quod sicut Evangelista indicat, super omnes re-
liquos linguæ dispartitæ visæ sint. Præterea multa
observabilia. Musculus nucleum è cortice scriptu-
rarum eruens, docuit verum ob temporis penuriam

et numerum copiosiorem, eorum qui ad sacra Synaxin acces-
surierant, sermo defalcanduserat. A concione vero Mus-
culus pulcherrimam et christiano Doctori dignam ad altare
coram communicandis paraclesim in monendo habuit.
Multa de hujus sacrosancti Mysterij et coenae Dominicae
institutione de eius usu, ac ad hanc percipiendam, cum
fructu praeparatione disserens. Inquiens inter caetera
avocamus et interdicimus sibi cavere ab hac mensa omnes,
quotquot d. Paulus ab hac arceri jussit, nimirum scortato-
res, adulteros, ebriosos, molles, avaros etc. qui eiusmodi
sunt, nec eorum vitiorum Metania ducuntur, procul hinc
arcet Ecclesia et Apostolus modo in hoc proposito perma-
nere secum statuerit. Sin autem malae actae vitae ex-
corde poeniteant, veniam ad Deo postulent, cum fiducia
huc accedant. Et postea quam adhortationem finierat, al-
ta voce exclamavit, accedat huc omnis cujuscunque cor
Dominus ad hoc vocat, quod Deus pater nobis per
Jesum Christum filium suum bene fortunet. Accedente
igitur populo Musculus panem Symnistae ipsius calice
porrigunt, qui manuum porrigebat è populo, huic Euchris-
tia in manum dabatur, qui reverenter patulo ore
accedebat, huic in os panem minister immisit. Interea
Ecclesia psalmos canebat, et passionem Christi in ritmos
digestam. Post communionem, rursus Musculus habita ora-
tione, Christo Domino pro acceptis beneficijs gratias egit,
et cum benedictione Ecclesiam dimisit. Erat autem templum
refertissimum utriusque sexus hominibus, ita ut nihil pon-
deris vel INTERIM illud nec papisticae minae, hic habetur
videantur. Deus suos et adaugeat et confirmat.
Nota autem hic morem esse, ut quod superest de pane
et vino, reservetur et ut dicitur aeditius in usos domesti-
cos cedit, non sine maximo simplicium offendiculo. Possum
tamen huius (ut ipsis videtur rationem reddere. concio-
natores nullae huic negotio vestes sacrae adhibentur, nec
cerei ardentes, vel quippiam consuetarum ceremoniarum.
Sed populus Dei in silentio et spe et laetitia cordis,
omnia peragebat. Romanensis autem populus, Imperator
rex, purpurati, crucibus albis, nigris, rubeis, viridibus

signati patres, cum Episcopis, principibus et proceribus, auro phaleratis Asturconibus et mulis vecti, cum terribili taratrantre libiarum et timpanorum strepitu, manu armata non exigua stipati, dominicum Augustae petunt. Ubi Archiepiscopus coloniensis, officium (ut vocant) Missae celebrat, ibi concentus et modulationes varij et clamor it coelum, tumultuantium voces multae, spiritus perparum. Reverendus (sed suis tantum) Dominus Michael Moguntinensis suffraganeus inter alia suae praedicationis praeclara dicta, Deo gratias agi jubet, quod eo res devenerisset ut rursus pro veteri Ecclesiae Romanae orthodoxae et catholicae ritu, sacramentum populo sub una specie praebere liceat. Sed sit suus Scrophae foetus. Christus ipse suam defendit gloriam.

Ero. Domine Jesu, Dominator Domine et rex regum, qui nobis de bonitate tua magna, hodie memoriam praestitae tuae promissionis de mittendo spiritu tuo paraclaeto, benigniter invocasti. Te humiliter depraecamur, ut qui eundem tuum spiritum Apostolis tuis unanimiter congregatis, juxta veritatem tuam misisti, da et nobis in hoc spiritu unum et eadem. Et sicut Ecclesia tua jam multo tempore ad te clamat, recta sapere. Da igne amoris eius, ita cordo nostra accendantur, ne in nobis vel fraterna charitas refrigescat, vel fides deficiat, Da et in prosperis et adversis hujus paraclaeti suggestionem experiri, et de eius consolatione gaudere. Is spiritus tuus bonus, nos in omnem veritatem, sicut promissus es o veracissime Jesu, deducat, regatque ut boni et recti corde efficiamur, et ne â te declinantes, ad avia et crepundia mundi hujus, ne â te cum impijs judicemur. Sed sit nobis in te pax super Israel, pax cordis, pax conscientiae pax temporis. Hoc inquam benigniter praestare digneris in Jesu christo cui data est omnis potestas in coelo et in terra, quique venturus es judicare vivos et mortuos et seculum per ignem.

Hac die primo hic præstantissimum virum D. Jacobum Sturm proconsulem Argent. vidimus. Verum is nostri oblitus erat nec dum temporis vel ipsi vel nobis vacabat ipsum inter sacra molestare.
Pransus est nobiscum Carolus à Stockem.
A prandio hortos Jacobi Adler et viti Wittich Adodinis hortis non multo dissimiles, vidimus.
Ad tertiam pomeridianam D. Musculus, quod reliquum est concionis absolvit, sed (proh dolor) nos toti non aderamus, Ergebat autem hoc de unanimiter congregatis, dicens, non omnes qui in aliqua re consentiunt, et eiusmodi animi sunt, recipiunt spiritum sanctum (nam et pharisæi et pontifices, potiorque pars populi Juvaici unanimes erant, et multi alij, quibus forte idem animus in sua causa erat, in urbe tam magna Hierusalem) verum ad exiguum illum gregem, in Christo unanimiter congregatum, venit spiritus sanctus. Non enim omnis unio Deo placet, sed ea tantum, quæ consistit et est in unanimitate in Jesu Christo, nec quicquam facit ad hoc alias sommare uniones etc.
Eadem duci Mauritio oblata est nostri nomine supplicatio. Verum is ait, præstari ut Archiduci offeretur scriptum, qui si se facilem præbere velit, Mauritij operam nobis non defuturam. Sed manet pervulgata sententia vana est salus ab homine; tu nostri recordari altissime.
Nota de discordia Milchlingi et Lindij.
Liborius ægrotat, alter morsus alit, Deus novit eventum.
Eadem venit Secretarius Monastariensis, afferens eas quæ interceptæ videbantur literas quæ in curia scribarum jam ferè septimanas quinque superesse fuerant
Injunxi ergo Secretario, ut præsuli rescriberet.
Mihi non videre ex re fore, ut in hoc negotio per me quicquam ageretur, idque potissimum duabus

de causis, una quod tempus diutinum intercessisset, et me lateat, num interea temporis huc aliud perscriptum sit, in causa hac an secus, altera, quod sciret nos nondum in gratiam ab Imperatore receptos. Sin vero iterato Episcopus aliud jubeat, me à domina paratum. Sub noctem rumor subortus est in ædibus Landgraviæ, Joannem fratrem vulneratum esse. Sed mox Joannem comitem à Retberg, à peditibus nonnullis et brachio et manu vulneratum, compertum est.

Exigitur nummus ab Imperio, et dicitur ab aliquibus contra INTERIM illud protestatum esse.

21. Maij in templo Mauritij D. Joannes Henricus concionatus est, repetens ea quæ ex Cap: 12 Epistolæ ad Romanos docuerat, ac prælegit initium capitis 13 eiusdem Epistolæ. Omnis anima potestatibus superioribus sit subdita. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ verò sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt etc. Hic primo quam latè se præceptum illud extendat, et quod nemo hic excipiatur, sive propheta sive Episcopus, sive Evangelista etc. imo nec sacerdos nec Monachus, ex d. Chrisostomo ~~et aliis~~ classicis alijs sacræ Theologiæ doctoribus, edocuit. Item quæ causa ad hæc Apostolum tam serio agenda adegerit. Nimirum quod exorti essent, qui christiana libertate, ~~ostendit scilicet nos meminisse~~ ad libertatem carnis abuti conabantur. Disertè et hic quæ vera sit christiana libertas, ostendit. Scilicet nos meminisse per christum ab elementis mundi huius, à Sathana, mundo et inferis liberatos, et quod in christo manentibus peccata nocitura non sint, ac agnoscere nos habere Christum Regem liberatorem, et eundem esse Dominum coelestium, terrestrium et inferorum, sedentem ad dextram patris. Hanc autem esse

libertatem spiritus, et igitur maxime ob christum, vel quod Christiani sumus, superioribus nos obedire debere etc. Locutus est et de ijs qui se ipsos immunes à jussis sublimium potestatum fecerunt. Scilicet papa cum suis Episcopis et quicquid squammarum est hujus purpuræi Draconis, magno reip. Christianæ Scandolo, Et postremo, quatenus magistratui sit obediendum, in omnibus videlicet, eis esse præstandam obedientiam, præter in his, quæ contra honorem christi præcipiunt. Idipsum multis scripturarum testimonijs confirmans. Docuit et quisnam sit qui habet transferre regna, et auferre spiritus Principum. Item, ut quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari, daremus, juxta præscriptum Domini nostri Jesu christi. Cui cum patre et sancto spiritu omnis sit honos et gloria.

A concione, literas D. Melchioris ab Ossa D. Udalrico Mordeisen ipsimet tetulimus, rogantes ut et easdem Doctori Johanne Strombergio legendas daret. Udalricus se nobis humanum exhibuit, contulimus cum eo de nonnullis, ea tamen lege discessum est, ut ambo doctores die oportuno nos invisserit. Hoc tum expiscati sumus, irritam fore intercessionem, Ducis sui Mauritij qui novem septimanas in propria sua causa, responsum nancisci non potuerit, vere ipsi ut ritè Mauritio dici posset. Medice te ipsum cura.

Eadem per Dominicam transeuntes, Michaelem illum de confirmatione papistica sua sermocinantem et audivimus et vidimus, rari autem auditores aderant. Inde liborium invisimus qui Deo gratiæ melius habere cepit.

Fratres nostri Wendelinus et Lindius, à Volchmariensibus illis in absentia ipsorum illatas injurias comiti à Nassau quærulatum abiere.

Florus librum in quo herbarum figuræ, suis coloribus ad vivum depictæ erant et alium in re medica nobis revendidi.

Carolum à Stockem, quia sæpius invitavimus, ne morosis murmuris ansa daretur pro expensis ipsius oeconomo Iosto Colbechero florenum aureum dedimus.

Eadem Milchlingum ad Ducem Ernestum pro literis etc. misimus. sed frustra.

Eadem famulus Licentiati Nicolai Meier, scriptum supplicationis adferens, Atrebatensi nostri nomine offerendum. Famulo Batzi sex dati sunt.

Maxima Dei patris ira, et nostra proh dolor in poenitentia effectum est, ut videre esset hoc ipso die. Cardinalem Augustanum A Truckses sacramentum (ut ipsi loquuntur confirmationis administrare, et tanta sanctitas per se id facere dignata est, cum vix unam Iota sacræ scripturæ, pro suggestu fari audeat. Curatum autem ab eo est, ut si forte Augustani huic vesaniæ non statim subscriberent. Rustici Bavari cum suis liberis adforent, quod et factum est. Ferebatur quoque nonnullos ære esse conductos, ut hanc ceremoniam susciperent. reperti sunt, et inter cives Augustanos, qui ob hoc Dominicum frequentarent signum confirmationis suæ perfidiæ in Christum à cardinale excipientes.

A prandio verò Michael ille fiticius Moguntinæ præsul huius fabulæ coriphæum egit.

Oro. Domine usque quo num in perpetuum ira tua deseviet? Exurge et Iudica terram, nos quidem confusio decet. Impij autem ô Domine, nomen tuum blasphemabunt, dicentes; non est illis spes in Deo ipsorum omnibus per christum agnosce, et nominis tui essere gloriam. Id te rogamus per christum Dominum nostrum Amen.

Constantienses cæteris urbibus animo constantione contra INTERIM illud esse dicuntur, Deus illis constantiam

fidei se dignam impartiri dignetur.

22. Maij Johannes frater et ego, concioni Sacrae Wulfgangi Musculi interfueramus, qui ex cap. 15. Johannis haec verba. Si quis in me non manserit, eiectus est foras sicut palmes, et exaravit, et colligunt eos, et in ignem conjiciunt et ardent etc. explanavit. Docens quomodo Christus prioribus verbis Apostolos amice adhortatus sit, in similitudine vitis et ut in ipso manerent, ac fructum in eo ferrent, ac quae emolumenta, ipsi ex hoc consecuturi essent. Quod autem addiderit, de putatione, abiectione, et colligatione, in frugiferi palmitis igne comburendi comminationem esse, cum iusta anthitesi, duobus autem modis nos in Christo non manere dixit. Primo cum verbum eius audivimus, sed corde Christo non adhaeremus. Secundo dum verbum quidem eius arripimus, idipsum in corde nobis quoque dulcescit, sed tamen per huius mundi illecebras vel tentationes repedamus retro. Sicut et Christus dominus in parabola seminantis de semine cadente, inter spinas monuit. Dominus autem quatuor hic comminatus est, scilicet foras ejicietur, arescet, colligetur et projicietur in ignem. Nam palmites qui a vite rescinditur quis usus est, nullum enim odorem habet, nec sapit nec aptus est, ad opus fabri lignarij, nec foco calefaciendo prodest. Dicitur quoque arescet, quod quantumcunque speciosa videantur opera, si in Christo non permanserimus, tandem exarescentes et exiccati reddemur. Sed impiorum hoc sit ingenium, ut parvifaciant esse in Christo, quin et mundus id non admodum appetit. Mallent enim nonnulli, si ex ipsorum voto cederent suis voluptatibus in hoc mundo frui et coelum Christo in perpetuum relinquere, quo autem agnoscant sic in vite manere nolint ideos non impune laturos. Christus addit colli-

gentur, hoc est cum nolint in Christo permanere, verbo li-
gantur, et tanquam aridi palmites in ignem conjicientur,
atq; hæc demum est, vera excommunicatio.
Adduxit ex Ezechiele locum de parabola vitis, et de inuti-
litate eiusdem arescentis etc. cap. 17. Et projicietur in ignem.
hic erit postremus huius convivij missus, si in vite non
permanserint, arescentes postea et sibi relicti, projicien-
tur in ignem, ignem inquam æternum, ubi erit fletus
et stridor dentium et nulla redemptio.
Hic diserte de Hæreticis aliquot, alijs infernum negantibus
alijs hunc ignem extenuantibus, quibusdam etiam neminē
in Gehennam conjici affirmantibus, docuit, atq; horum ar-
gumenta proposuit, moxq; confutationem eorum ex libris
D. Aurelij Augustini adduxit, hos ultimos misericordes ap-
pellari ait. Nos autem verbo Domini fidem habere jus-
sit. certi, quod electi in vitam æternam, maledicti et im-
pij in ignem æternum, post hanc vitam concessuri sint.
Consulens igitur, ut memores essemus, verborum Christi,
ac Deum oraremus, ut in vera vite palmites fructum
ferentes efficeremur, ne harum minarum participes fierē.
Comes à Nassau et Adrianus à Zertzen, rogatu fratrum
nostrorum, quæ mater eorum, huc de vi et injurijs Volck-
mariensium per literas conquæsta erat. Archiepiscopo
coloniensi obtulerunt. Verum Episcopus ipsis cum accedere
volentibus, obviam fuctus ait. Quid num vos quærelas ad-
fertis? jam animo statueram ipse ego vobis scripta exhibe-
re, quantis injuris subditi nostri à comitibus afficiantur,
et quod me male habet, uxor præterea comitis Wolradi
contumatius ad meos consiliarios perscripsit. Sed modo in-
quit, de his latius dicere non vacat, post hac omnia
vobis legendo exhibebo. Nam erat nescio quo abiturus.
Jussit igitur comes à Nassau per Lindium comites à Wal-
deck ad prandium ipsius venire, audituri quid responsi
à Coloniense acceperint. Quod et factum est; Irritatus est
autem Adrianus à Zertzen ob contemptum, ut ipse ajebat

Uxoris filij sui Herman.

Comes Wilhelmus à Nassau, iam agit ætatis suæ annum sexagesimum secundum, et fuit annorum decem dum in aula Ludovici Palatini Electoris deveniret.

Centum libras cupri sex taleris veniri; eadem à mercatoribus eis metalli accepimus.

Peditatus Cæsareanus, civitati Ulmæ magna incommoda inferre dicitur.

Civitates Ulma et Augusta, cum Cardinale Augustano in hoc convenerunt, ut circumforaneos et passim cursitantes milites, agricolarum sanguinem exugentes, ni principi alicui addicti sint, suspendio merituri et in suis Dominijs expoliari et cedi ubique admittant.

Atrebatensi scriptum supplicationis prout statueramus, nondum oblatum est. Comes Samuel in rus abierat quare nobiscum apud comitem à Anaxone non est praeses.

Eadem Ibero pro eorum more pilæ sursu se exercitare vidimus, sunt autem pilæ eorum diversæ a nostris, nam globi coriacei sunt, justæ magnitudinis, tantum per fistulam vento inflato tumentes.

Ferdinandus rex statibus Imperij nonnulla in domo senatoria proposuit, scilicet quia in terminis et confineis turcorum regnorum suorum, ut in Vienna pannonicæ et alijs locis, ad tuendam nationem Germanicam, et turcas à christiano orbe, ex hac parte arcendos munitiones extrui magno suorum dispendio, quorum sumptis quatuor miriades auri excederent, curaverit.

Item Hæreditaria regna et ducatus ipsius adeo continuis, turcarum excursibus, et emunctionibus exagitari, ut vix unquam illis respirare detur. Ad hæc indutias quinquennales inter Turcicum Imperatorem et Cæsarem ac Ferdinandum intercessisse; cuius temporis tres iam penè anni elapsi sint. Vix igitur in reliquis duobus annis apparatum belli, recuperare posse

Rogare igitur Majestatem suam, quo ad resarcienda haec incommoda, et ad praeveniendam Turcarum truculentiam. Status Imperij summa aliqua pecuniaria, quae tamen in nervos belli facere aliquid possit, illi subvenire velint, praeterea quae ad hunc usque diem inferior Pannonia a Turcis perpessa sit, ea esse hujusmodi, ut nisi a natione Germanica suppetias habeat, posthac sustineri nequeant. Sed Austrios ipsos crastino, causam suam apud Status imperij expositurus. INTERIM illud ab Archiepiscopo Moguntino videlicet Cancellario per Germaniam evulgandum dicitur.

Dux Mauritius Elector, in domo Marquardi a Stein praepositi Augustani Moguntini et Bambergensis hospitatur.

Sub concionem, fiebat delectus peditum qui, quo propius templo Mauritij accedebant (isthuc enim illos praeterea dum erat, volentibus per forum Caesaris pallatium adire) eo fortius timpana incutiebant.

A concione volebamus Atrebatensem alloqui, verum ostiarius enim heri sub nonam noctis vocatum, ut hoc mane tempestivius caesarem adiret, aiebat, iamque ipsum abijsse. Post hoc pallatium Archiducis petitum, illuc autem adhuc silebant omnia, et Archiducis plumis haerebat; Statuimus deinde, Viglium Zuichenum invisere, ad cuius habitaculum cum perveniremus, Doctr Fisch cum ipso super negotijs suis colloquebatur. Huius igitur abitum praestolantes ac confestim ubi hic abiret, Viglium in hibernaculo suo convenimus, illi exponentes, quae ad causam nostram facerent, omnia quidem patienter audivit, verum ait causam nostram in concilio quidem imperiali tractatam esse, et eo deventum, ut Arabatensis de his caes. Majest. relationem facere sit jussus. Id autem hactenus ab Atrebatense, ob negotia imperij Hispanica, et quod de profectione Archiducis jam sollicitissimi et nescio quas negotiarum moles procurarent, fieri non potuisse. Facta est et a nobis mentio, dum possemus ad tem

pus aliquod cum gratia dimitti, sed id omnino non fore respondit, etc. Dixit quoque Archiducem sibi serio iniuriosse, quod ipse Viglius apud Atrabatensem instaret ut Cæsari nostra causa referetur ac Atrabatensem ipsi Zuicheno schedulam ostendisse, in qua multæ privatæ causæ signatæ essent, Cæs: Majest: referendæ nondum autem oportunitatem obtigisse, ut de his cum Cæsare agi possest. Nam ait Viglius Cæsar non est ita otiosus, ut stet et audiat privatarum rerum relationem. Rogatus igitur ut nobis suum consilium qui post hæc res aggrediendæ essent, impartiretur. Dixit se nihil certi scire, omnia enim se fecisse, consulere, ut exigui temporis mora hic non fatigaremur. Spem esse inter paucos dies causam nostram peragi, se verò certo scire, Atrebatensem hoc meridiano tempore, nihil referre potuisse. Rogavimus inde ut ipse apud Atrebatensem pro nobis agere dignetur. Respondit, Atrebatensem ipsi hodie per ~~[illegible]~~ puerum demandasse, quod modo non vacet eum audire. Oportuni autem pueri duo alter alterum cursu prævenire contendentes, Viglium ad missam Atrebatensis vocarunt, itaque petitionem nostram iteravimus.

Wendelinus apud Doctorem Hasen fuit, sed vox est et præterea nihil.

Eadem Carolus à Stochem, cum comitibus à Waldeck ad comitem Wilhelmum à Nassau pransum abiit. Annus quadragesimus supra sesquimillesimum, agitur, quod primum inter Cattorum principes et Comites à Nassau, super comitatu Cattimeliboco agi ceptum est.

Abbas à Cempten ait, se plus mille rusticorum habere, qui unquam panibus ex siligine vel tritico usi sint et habuit non unum huius rei fide dignum

testem, cum nobis Cæteris vix credibile videretur. Adjecit verò ipse inter hos nonnullos esse, quorum annui proventus ad nongentos aut mille aureos extenderentur.

Eadem dux Ernestus petitas literas nobis misit.

Ioachimus Brandenburgensis Elector, Michaelem illum personatum Sidoniensem Episcopum multorum mendatiorum et quod Zonam agiliter transilierit, convicit nec Archiepiscopus coloniensis Michaeli præsidio in omnibus esse vol

Coloniensis de scripto uxorculæ nostræ apud Anaxonem conquæstus est.

Eadem Christophorus dux à Wurtenberg et comes montis pellicardi quadraginta equitibus concomitatus, huc advenisse dicebatur.

Stephanus Medicus ex Bredaa, cum ab Adriano à Zertzē interrogaretur cujusnam fidei esset, respondit, cras tibi respondebo, notans interrogantem, in re nimis seria jocare.

23. Maij Intemplo minorum D. Leonardus ex capite Johannis 3. Hæc est autem condemnatio, quod lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipsius, qui autem operatur veritatem, venit ad lucem, ut conspicua fiant facta ipsius, quod per Deum sint facta etc. populo concionatus est, Repetens primo quæ heri docuerat, nimirum quod credens non judicetur. Incredulus autem iam judicatus sit. Cuius autem hæc sententia Christi. Mundo non arrideat, ex hoc patere, quod etiam tenebras amplecti malint, Nam Judæi Johannem austerioris vitæ virum audire noluerint, Christum hominibus conversantem tanquam

luconem rejicerent etc. Item quod directissimum sit, com-
pendium vitæ æternæ consequendæ credere Christo, et eam
quam is nobis revelavit, patris voluntatem facere, et quod
nulla sit invocatio Dei, nec ullibi exaudiemur, nisi et in per
Christum. Ergo et Judæum frustra clamare orando, Deus coe-
li et terræ, Deus Abraham, Isaac, et Jacob, si non imitatur
Christo. Ubi vero ad locum de operibus devenisset, ait,
Si operibus gaudes, Deus in duabus tabulis, non quidem
per magnis, opera quæ faceres, tibi perscripsit, ni-
mirum: ut ipsum solum adores, coles, nec Deum præter
hunc scias etc. Crede in Christum, Deum dilige, et proxi-
mum sicut teipsum, etiamsi omnes animi nervos huc in-
tenderis, plus satis tamen operum reperies, et tum, si
tibi vacat, opera quæ Papa jubet, facito etc.

Dra. Domine Jesu, in te credere nobis dona, ne cum mundo,
despicientis lucem, judicemur, sicque opera nostra bona
luceant, ne cum lucifugis vespertilionibus, te lucem
æternam abominemur, te inquam, lucem illuminantem
omnem hominem venientem in hunc mundum, cui
cum patre et sancto spiritu, sit laus et gloria in perpetuum.
Eadem Philippus et Eubulus (nam Johannes in rus
concesserat) Atrebatensem compellare volebamus.
Verum præsul ex templo, ut nos vidit, ait, Jam nihil
vobis possum respondere, alio tempore revertimini.
Hoc quoque erat unius diei pensum absolvisse. Inter solli-
citantes erant Dominus de Celtingen, et legatus Ducis
Ferrariæ, homo in speciem magni ingenij.
Eadem Carolus à Stockem nobiscum pransus est.
Dum ante cubiculum Atrebatensis deambulamus, Celtingen
nobis de Aulico quodam dixit, qui cum à Cæsare stipen-
dia exigeret, ac Cæsar respondisset. il fault avoir pati-
ence. Aulicus ait 1° l'aye ouij, patience et passion par
la passion de Dieu. Cæsar obtinens jussit illi nume-
rare quingentos florenos, sed non omnibus æque feli-
citer cessit, leonibus collusisse.

Eadem adferebatur rumor, Hispanos aliquot Argentorati in exorto tumultu occissos esse.

Eadem socrui et Oxori, per Iohannem nobis à pedibus scripsimus.

Eadem Doctor Carolus Harst per Samuelem nepote nostrum, nonnulla nobis nunciavit.

A coena Philippus et Eubulus theatrum illud, Hispanis, quo pila se in hoc exercerent, sumptibus urbis Augustæ, pavimentum lapide coctili stratum habens in longitudinem circiter centum septuaginta pedes, in latitudinem decem et octo, tribus patetibus clausum, sed ab oriente patens, vidimus.

Vidimus et civis cuiusdam Augustani splendidas ædes, qui hoc disticho largitori opum suarum de coeli et terræ in saxo super portam domus depingi curaverat.

Ædificat nostras dominus defendit et ædes
Invanum vigilans ergo laborat homo.

Cæsar pecunias à Germanis exigit, ut si forte rursus in Germania tumultus exorirentur, pecunia hæc in nervos belli habeatur.

Orat: O Potentissime Deus, potentes potenter corripe, quod ipsemet tu sis, qui hæreditatem suam regat et extollat, agnoscant. Ignosce peccatis nostris, et pusillis filij tui gregem, à persequentium manu eripe.

24. Maij Ioannem nobis à pedibus, in comitatum nostrum remisimus. Dantes illi in viaticum floreos aureos duos.

Orat: Domine in cuius ~~mundi~~ manu, vita nostra omnis consistit, et cuius sunt exitus mortis, conserva hos et nos incolumes, ob Jesum filium tuum, regen nos Spiritu Sancto tuo.

Eadem D. Johannes Henricus, in æde mauritij sac ex cap: 13. Epistolæ ad Romanos, scilicet de ijs verbis

Non enim est potestas, nisi à Deo, quæ vero sunt potes-
tates, à Deo ordinatæ sunt. Itaq; quisquis resistit po-
testati, Dei ordinationi resistit. concionatus est, Dixit
autem inter cætera particulam universalem: omnis:
neminem excipere, et singulos, ordinationi potestatis
obedire debere. Dempto tamen huc uno. Si quid
contra christi honorem, doctrinam sacram et jus-
tum sacramentorum usum, constituerit. Nam, cum
christus à Deo, patre omnium rex constitutus sit,
illi optimo jure et merito prima et una obedien-
tia præstanda sit, in cæteris omnibus mos gerendus
est Magistratibus, in hoc autem, ut dictum est vita,
uxor et liberi christo postha benda sunt, maximè cum
christus Dominus salutis nostræ, causa omnia parvi
penderit. Confirmavit hoc ipsum hic concionator
testimonijs scripturarum non paucis, coarguit quoq;
eos qui christianos Magistratum non decere somniat,
quin et è scripturis contrarium approbans, non so-
lum non licere christianum magistratum gerere,
se intimis votis omnibus optandum esse, ut per-
sonæ qui præsunt, christianissimi essent. Hac enim
via fieri posse, quo abusus et in religione et in cæte-
ris reipub: negotijs tolli, ac res ad justam normam
redigi queant. Item per exempla Dathan et Abiro
Mosi resistentibus, et Absalonis contra Davidem
patrem exurgentem. etc. ostendit, quam male ce-
dat fovere seditiones, et quænam merces futura
sit, eorum qui potestati resistunt. ubi enim ait: nul-
lus ordo, ibi confusio, magistratus etiam sui nomi-
nis et officij rationem habere monuit etc. Pollicitus
in crastinum se plura de his dicturum. Dominus
ille omnium potestatuum donare dignetur, ut in
Domino cum sollicitudine Magistratus præsit, sub-
diti obedientiam debitam præstent, ad Divini sui
nominis honore et populi profectum Amen.

Usi sumus et D. Caroli consilio.
Eadem Otto comes â Schomberg praesulis coloniensis Ger-
manus frater advenisse dicebatur.
Marschalcus Schomburg et Dominus â Celtingen
operas suas nobis polliciti sunt. Sed Nasonis more Polli-
citus dives quilibet esse potest. Et grave est vulpi le-
onis malam gratiam inire.
Eadem Wilhelmus comes â Nassau per Lindin nobi-
dici curavit, Archiepiscopum Coloniensem, de multis in-
iurijs, quibus et ipse et subditi sui â nobis affecti
essent, conquestu esse, et nisi comites â Waldeck
apud suos curarent, ut ijs rebus supersederetur, Col-
niensem vel crastino velle executionem Mandati
et iuris â Caesare petere.
Eadem Nicolaus Maier Licentiatus per schedulam
significavit, quae Balthazari â Gültlingen suo nomi-
ne perscribenda essent.
Mota est seditio inter institores et pedites, sed un-
aut altero ex peditibus laesores mox consopita est.
Eadem Carolus â Stöckem comites Johannes et Eubulus
fratres nostri rus petiere.
Christophorus dux â Wurtenburg equites aliquot Au-
gusta ~~aliquot~~ ablegavit, quo nobis caeteris hic moram ne-
tentibus ut dici solet, solatio esset. Qui respicis Deus
causam afflicti et inopis, ne tuorum obliviscaris in aeter-
In mansione Viglij Zwicheni parieti asscriptum legi-
Dieu mon Espoir Et confort.
Iam quasi per continuos aliquot dies principes conci-
lia frequentarunt.
25. Maij Dominus Johannes Henricus, loco et hora
consuetis, textum Epistolae pauli ad romanos ex
cap. 13. prosecutus est. Qui autem potestati resis-
tunt, sibi ipsis iudicium accipient, nam principes
non terrori sunt bene agentibus sed male; vis

autem non timere potestatem? Quod bonum est facito et feres laudem ab illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Quod si feceris id quod malum est, time. Non enim frustra gladium gestat. Nam Dei minister est, ultor ad iram, ei qui, quod malum est, fecerit. Quapropter oportet esse subditos, non solum propter iram, verum etiam propter conscientiam etc. Fecit autem brevem heri dictorum recapitulationem.

Deinde de utilitate potestatis, polissimum cum sit, ordinatio Dei bona nobis in bonum. Deus enim, inquit, nihil male ordinavit unquam, et est magistratus aequae ordinatio Dei ac status matrimonij etc. Deinde officium boni et frugi civis obiter depinxit, innuens, quam is nihil a potestate sibi timere debeat etc. Ait autem hic D. Paulum duo ponere scilicet Magistratum esse ordinatum ministrum Dei, bonis in bonum malis in malum atque terrorem; Esse igitur magistratum protectorem bonorum et refugium malorum vero destructorem et depulsorem malitiae. Magistratum quoque serio sui muneris rationem habere monuit, ut pote quos Deus divini sui nominis participes fecerit, et quos D. Paulus, hic ordinationem bonam Dei et ipsius ministros appellet, et quo scire possint, quaenam sui officij sint, eos id addiscerent ad Psalmum 82. remisit, (habet hic psalmus autem inscriptionem oda Asaph, et versus octo) quare non pigeat te ipsum legere. Item iussit inspicere primum Esaiae caput, et Moisem dicente, iuste quod iustum est iudicate. Item quod defensores et propugnatores. Verae religionis et verbi Dei ministrorum et in verbo Domini praescriptum divini cultus custodes sit. Et e contra eorum in quos gladium suum stringi debeat, cathalogum ex Corinth: adduxit; nimirum in adulteros, idolatras, cinedos etc. De abusu quoque gladij disservit. Exemplum Pilati, qui sciens Christum innoxium damnavit, cum tamen Christus nullius criminis reus, ulli unquam malum intulerit, sed insuper omnibus benefecerit, a quo suo ante signano, non multum absunt, qui

hisce temporibus, innocuos concionatores et alios, contra conscientiam mille modis exercitant. Iussit igitur nos ita vitam instruere, ne magistratus nobis terrori sit et cogitare, quod non frustra gladium portet.

Et concidere dum obsecrationes fieri iubet, pro potestate ecclesiastica, minimum pro dispensatoribus verbi divini. Orate inquit Dominum, ut operarios in messem suam extrudat. Multi enim sunt qui nomen potestatis appetunt, opimis beneficijs gaudent, sed oves christi pascere recusant, laborem subterfugiunt, sunt et inutiles, qui principes et Domini vocari ambiunt, reperiuntur omnino autem officij et vocationis suae rationem habere contemnunt.

Tu Domine Deus, misericors, iuste et et magne, cuius nulla potestas est, nisi iste ordinata, quemadmodum indignissimum quoque in hac vocatione esse voluisti, cum nullus unquam fuerit tam sanctus, doctus aut ea prudentia praeditus, quo munus illud sanctum potestatis ex omni parte explere possit. Te benignissime pater, ut mihi misero et domesticis meis, spiritum illum tuum principalem, pro quo ad te tantis gemitibus David clamavit, et Salomon filius eius oravit, ut possim veris patria pater, protector tibi placitorum et vindex malorum, existere, utque ego et quos mihi subdidisti possimus in obedientia tua et verbo filij tui benedicti, vivere. Eo nominis tui sacrosancti gloria, subditorum profectus, mea et vestris, filiola quam dedisti, et liberorum quos de bonitate tua donare potes, salus hinc evenit, clementer largire dignaris deprecor. Idque te pater coelestis per eum rogo, cui potestatem in coelo et in terra contradidisti Dominum et liberatorem nostrum Iesum christum, cum quo tibi et sancto spiritui sit laus, honos et iubilatio in perpetuum Amen.

Post concionem Iohannes frater et ego, dubij quid in negotio nostro ageretur, quod aliquid vicibus, Atrebatensis in respondendo amphibologia usus sit, cum tamen res apertissima interpretis opus non haberet. Visum autem est nobis, ut viglius conveniretur, is nobis heri primum Atrebatem nostram, et alias privatorum (ut ipsi nominant) causas, Cæsari in præsentia Viglij et cæterorum consiliariorum, cum expositione et excusatione singulorum retulisse aiebat. Habuisse quoque super hoc consilium, sed nondum Cæsarem se resolvisse, ait quoque nostrum negotium in his cardinibus versari, quod si Imperator capitulationem inter suam Maiestatem, et Cattorum principem, quantum nos concernat, ratam habere velit, nos eximi imperio. Sin autem totam reprobaverit, Landtgravio in possessione sua iniuriam fieri. Cum Eubulus diceret, Domine Doctor, ut cunque se res habeat, tamen vocati à Cæsar: Maij: Commissarijs ijsdem obedientiam præstitimus. Et recte, inquit Viglius, Nam nisi id à vobis factum fuisset, iam maximis in periculis et vos et res vestræ forent. Sed inquit brevi imperator, de capitulatione et alijs articulis se resoluturus est; Interrogatus autem num illi consultum videretur, hodie apud Atrebatensem sollicitari. Suadeo, inquit, quod hoc die idipsum intermitti, non enim tam cito resolutio fiet. Indicans præterea brevi omnia Augustæ absoluta iri.

Venit Carolus à Stockem, eadem ferè à Doctoribus Hasen et Marquardo se accepisse inquiens, Mauritius Elector hoc die, post secundam noctis licet multos magnates, ad ientaculum invitasset, surreptitiè cum paucis abijt, cum tamen in multum diem Aulici et Suppellex eum subsecuti sint,

Eadem Coloniensis Archipræsul comiti à Nassau, quærelas civium Volckmariensium misit, quas idem per Lindium, Waldecianis comitibus exhiberi jussit.

Episcopus autem de Eubulo duo conquestus est, unum quod Galacteus plaustra aliquot materiei ferri ex nimeris Amt Kirchenpadt, acceperit, et quod de homine qui bigae casu, non procul inde mortuus est, uxorcula literas (ut teneris Episcopalibus auriculis videbatur contumatiores praescripserit. Addidit praterea et coloniensis minas, inde molestandis suis a nostris superse-deretur, se vel crastino tractatus, tanto labore inter nos habitos, irritos facturum, et mandati illius executionem petiturum. Fratres tamen nostri ab ipso literas, Volchmariensibus transmittendas, obtinuerunt, quibus ut dicebatur, civibus vim rusticis inferri prohibebatur.

Floro iniunctum, ut Eubuli nomine, comiti a Nassau responderet.

Post coenam ante pallatium Caesaris deambulamus, ubi sub octavam pomeridianam magistri ordinum pedites ad vigilias noctis constituerunt.

Hoc autem Germanis et dolori et dedecori est et erit quod cum Germani pedites ad custodiendum Caesaris pallatium ordine statuerentur, etiis Iberiquoque incusso tympano ad hospitium, Ioannis Friderici optimi principis veniunt, ibidem excubias agentes.

Orat. Domine liberator qui das captivis indulgentiam et aliquando huius servitui, in bonum memento.

26. Maij Dominus Iohannes Henricus (nam Muscu-lus ravi laborat) in aede Mauritij, eundem quem heri explanaverat textum repetens, concionatus est summa diligentia, Magistratus reverentiam ob Dei praeceptum populo inculcare conatus, per sacrae scripturae, Historias ostendens quam referat reip. personas in hoc statu constitutas esse, viros bonos timentes Deum, Justitiae et aequi amantes. et et quod eiusmodi personarum regimen non parvum

et subditis et terris profectum conferat. Nimirum et for-
quod verus Dei cultus et justitiae leges per tales com-
viros conserventur, et idolatria ac omnis exter- mi-
na impietas, quantum id fieri queat tollantur. Ad-
ducens in huius rei evidens, Exemplum Legislatoris
Moisi strenui Iosuae, optimi civis Danielis. Ezechiae
et Iosuae pijssimorum regum etc. Indicans quae horum
pietas, dexteritas et zelus erga Deum et in transgres-
sores austera animadversio fuerit, quae item bonos fue-
rit sub his quies. etc.

Deinde omnium horum anthitesin, quo album juxta
nigrum positum magis elucesceret, posuit, quam turbu-
lenta omnia sint, quamque optimi quique sub hipocriticis
et malis principibus. Ut interim tacem omnem religio-
nem et mores rectos sub talibus pessum eant. Huius
farinae principes fuerunt, Saul Davidem prosequens,
quam ab eo iustius fuissent ob honorem victoriae, et
praemia et laudem deportare. Item quam cruentus
et inanis in Abimelecum et eius Sijmnistas et omnem
civitatem Nobae fuerit. Nec hic oblitus est adulato-
rum sub nomine Deo Idumei, qui truculentissimus
adulator, cum milites a latere regis illud abnueret,
in gratiam Saul ipse totam domum Abimelech, et viros
portantes Ephod octuaginta quinque interfecit, ut lege-
re est 1. Samuelis. 22. Sauli non absimilis Achas fuit,
qui sub uxoris imperio et sub peccatum venundatus,
in sacra scriptura dicitur, et quam homines pij et fru-
gi iniquissime sub huius regis regimine habiti sunt.
Testatur probitas Abdiae oeconimi regis, qui abscondit
quinquaginta prophetas in una, et quinquaginta in
alia spelunca, pascens eos insuper pane et aqua, quo
immunes a trucidatione essent. etc. Rogate denique
jussit Dominum, ut patres patriae bonos nobis impar-
tiri dignetur.

A concione Johannes frater et ego, Atrebatensem
adire volebamus, qui tamen ad patrem abierat, illico
autem revertens et conspectis comitibus Waldeccianis,

ait, Nondum habeo adhuc responsum à sua Maiestate
Hoc responso hic dies terendus erat.
Sub casis mercatorijs Carolum à Stöckem reperimus,
eundem hoc Atrebatensis responso solantes.
Dum in eodem itinere cum Bibliopola de libro Biliadri
de ratione communi omnium linguarum, et literarum
mercamur, Dido à Kniphausen supervenit, indicans
qui esset status cognatorum nostrorum de Hoia, sed
causa eorum contra Franciscum à Hall Duci Juliacen-
si, ut commissario à Caes: Maiest: comissam esse.
Eadem Episcopus Treverensis, per Wilhelmum iunio-
rem comitem à Witgenstein, nos secum prandere iussit.
Eadem ad Gültlingum, pro licentiato Meier per-
scripsimus.
Subortae sunt eadem rixae nonnullae inter Wende-
linum et Florum.
Treverensis Archiepiscopi mensae, Ernestus comes
à Solms, Henricus comes à Liningen, Philippus
Samuel et Eubulus comites à Waldeck, Scomberg
Marscalcus Caesaris et Wilhelmus comes à Wit-
genstein, aderant.
Inter Treverensem et Eubulum conventum est, ut
si Eubulus Muntoburum plaustrum cerevisiae cor-
bacensi onustum mittat. Archiepiscopus illud, vino
onustum remittat, idem facturus, etiamsi cere-
visia non detur. Pollicitus est et Treverensis,
se omnia nostri ergò, et apud Caesarem et Atraba-
tensem subiturum, de eius voluntate non du-
bitabamus, sed obest illi dexteritas papistica,
hoc est quod Caesari non mox in omnibus contra cano-
nes istos etc. consentire velit.
Schomberg quoque Marscalcus pollicationes nobis fecit.
Sed vanas reor, facile enim quicquid Aulici promittunt.
Aiunt Caesarem, cum fertilitatem agri Saxonici et
regio more extructas arces vidisset, dixisse. Dux

Iohannes Fridericus robusto est corpore, et habet fortissima crurum robora, tamen tibiae ipsius tanta commoda aequa mente ferre nequibant. Omnes autem qui sperant in Domino, non confundentur, Potentiora enim et regna suas quoque periodos habent.

Wulff Comes in Oetingen quoque adest.

Eadem Landgraviae unus et alter equus mortuus est.

Ericum nothum à Zertzen, cum fur Zonam eius evacuasset, aureo donavimus.

Consolatio afflicti et divini auxilij expectantis, Martini Lutheri. Lang ist nicht ewig, der elende leidet woll, aber nicht allwege so soll auch sein hoffen nicht umbsonst sein.

Eadem comitem ab Richmonda et Dominum de Brabarron alterum Hollandum alterum Brabantinum vidimus.

27. Maij in aede d. Mauritio sacra praelector legit caput 16 Math: ac solitas adhortationes et precationes fecit. Deinde Musculus Spiritum Dei bonum, ut nobis verbi divini incrementum daret, invocavit, et ex cap: 15. Johan: id quod per aliquot septimanas tractavit, repetijt. Hoc autem die haec verba legit. In hoc glorificatus est pater meus, ut fructum copiosum afferatis, et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater ita et ego dilexi vos. manete in dilectione mea etc. Hic per ordinem de comparatione Christi et suorum ad vitem et palmites dixit. Iubens nos eo niti debere, ut in hac ipsa vite maneremus et in ea fructum feramus, ostem quomodo Dominus amica et blanda oratione suos allexerit, econtra quid in ipsa vite non manentibus, aridis et infrugiferis palmitibus sit comminatus. Nunc autem hisce verbis Christus docet, patrem in hoc glorificari, si fructum multum in Christo adferamus. hic astruens, Christum non voluisse suos otiosam et improbam vitam ducere, sed in eo quem ipse iubet fructum ferre; Ait autem Musculus

Christus Dominus à Mahometanis, Iudæis vel alijs, qui non sunt in ipso sed palmites à stipite euulsi et extra vitem luxuriantes, etiamsi perditissime vixerunt, non dehonestatur. Sed si vos, qui eius nomine superbimus, et palmites in vite accrescentes, in dedecus divini Nominis vitam instituimus. Id dolet patri in hoc gloria eius, quantum ad nos commaculatur. Nam ore tenus solummodo Christianum agere, quid attinet aut alios quærere præter eos quos Deus iusserit cultus, si pastorem nostrum et vitem veram Christum, non agnoverimus, si non iuxta huius præceptoris regulam, ac iuste et pie vivere voluerimus; Non enim inquit religio Christiana in cereis ardentibus et nescio quibus, ut nunc digladiamur Ceremonijs, unctionibus et eius ceræ futilibus, et nullius rebus usus, aut in Aris bijsso et purpura instructis, ac vasis aureis argenteisve decoratis, sita est; Nam si hæc ad religionem facerent. Habuerunt Iudæi multo plura de his rebus quam nostri, et Mahometani longè auro, bijsso, purpura, argento, unionibus et gemmis, in suo mahometico cultu, nos superant; Nec huiusmodi Neniæ, vel ad veritatem Christianam, vel ad religionis negotium quicquam faciunt. Verum si ad Deum, cor mundum, fidem indubitatam et charitatem erga Deum et proximum adferamus, facientes fructum bonum, quo patris voluntas, quæ per Christum nobis patefacta est peragatur, ut Deo in nobis per christum sua gloria obtingat, ut inquit Dominus, Efficiemini discipuli mei. Quid inquit Musculus hæc sibi verba voluit? Nunquid ad quos hæc verba Dominus loquebatur, Eius non erant discipuli? Erant profectò, nam de his dixit, Ego vos elegi, vos autem me non elegistis. Vos vocatis me magistrum et Dominum et bene dixistis. Sum etenim etc. Certò sic res se habet, omnes discipuli Christi erant. Erat quoque Iudas Iscariotes discipulus Domini etc. Sed alia est ratio quod ait, discipuli mei efficiemini, hoc est palmites

in vite permanente, fructum ferte etc. Et multis hic, de discrimine discipulorum docuit, de ijs scilicet, qui in pura christi doctrina permanent, et veritatem Evangelicam amant, ac opere implere conatur, et de ijs qui optime quidem de Evangelio fabulantur, sed impijssime victitant. Item de papisticis et adversarijs verbi. Item de varijs respectibus in christum, et quomodo alij aliud in christo querant, alij sua commoda, alij honores, alij auctoritatem et sua sycophantia operculum etc. Et postremo dixit. Et quid dicam? non est in universis sanctitas, utrinque ex omni parte, quotidie nobis ipsis peiores evadimus. Quapropter vitam emendemus, et rogemus Dominum, ut propitius nos convertat, quo in vite vera fructus uberes ferre possimus. Item quod textus habet. Sicut dilexit me pater etc. id tametsi videatur, in praeterito dictum, tamen praesentis modi hic accipi debere. Ac hic de Hebraismo et phrasi hebraica disseruit. Innuens Deum patrem semper filium diligere, sic et christum suos, si in dilectione sua permanserint semper amare etc. Eadem Landtgraviam quae perendie hinc profectura erat, invisimus. Curaverat autem Domina princeps, verbum domini sibi ac familiae per Ecclesiastem urbis Augustanae annunciari, qui ex Cap: 3 Johannis, eum textum qui die trinitatis Ecclesiae praelegi solet, christianissime exposuit, inquiens inter coetera verbum Domini quotidie audimus et id per multum iam tempus, sed nihil praeterea cogitamus et renovatione vitae, et aspiratione huius venti. Mutemus igitur aliquando institutum vitae. Nam sicut inquit, facies tua modo pallescit, rubicundior nunc fit, si vento affletur, ita mens nostra subito, si ab hoc spiritu sancto afflemur, innovatur, etc. Iussit quoque vim orationis piorum consideraremus, Adducens exemplum Eliae, cuius unius precibus et coelum clausum est, et rursum pluvia descendit, ut in libris regum videre est.

Apud Landgraciam aderant, Wilhelmus comes à Nassau, comes Otto à Schomberg Coloniensis frater, Conradus à Beumelberg eques, et Waldeciani comites quatuor.
Comes Wilhelmus dixit nos in crastinum, à colonien, si invitatos iri, quod nec metuo nec opto.
Experti sumus in hoc ipso convivio, quam probè Domina princeps, à nonnullis fuerat instituta, ut fere colo, niensi subscriberet.
Eadem Domina Princeps, Iohannem fratrem nostrum ad Ducem Fridericum Electorem misit, ut eam excusare quod hactenus illum non fuerit allocuta, praten, dens quod nesciverit, an ob Cæsaris promerendam gratiam ad ipsum aditus incommodior fuisset an secus etc. Elector respondit. Nihil referre scire clementiam, in quo statu res suæ sint etc cum mul, ti quærerentur nimium cunctando homines per aulicos Cæsaris molestari. Inventus est qui ante menses decem, Cæsaris consensum super nonnullis donationibus Noribergæ assequutus erat, sed in hun usque diem subscriptionem habere non potuit.
Baro de Blae, quem mater legitimum esse negebat, ad diem Veneris aut Sabathi elapsam, huic capticus adductus est, et timetur illi à supplicio capitis, iuxta ius Bohemicum.
Eadem à prandio Philippus von der Bruggen Livo, niæ magistratus legatus, interimentis illius INTERIM, nobis fecit copiam.
28. Maij Dominam Principem inter quartam et quin, tam horas mane eius diei, convenimus, ac eam Deo, nos suæ gratiæ, pro more commendantes, ac eam ubi valedixeramus ad vehiculum perducimus. Cor, roboret Dominus cor ipsius et christinæ suæ men, tem christianam impartiretur, iterique suum bene fortu, net.

Conradus à Beumelburg ipsam Ulmam deduxit.
Deinde in templo Mauritij D. Johannes Henricus ex cap. 13 ad romanos, concionatus est, Heri enim à meridie idē argumenti tractabat; Legit autem nunc temporis de eo loco. Nemini quicquam debeatis, nisi hoc, ut invicem diligatis. Nam qui diligit alterum, legem adimplevit, Siquidem illa, non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, et si quod aliud praeceptum, in hoc sermone summatim comprehenditur. Nempe diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximo malum non operatur, consummatio itaq; legis est dilectio etc. pro studio autē inculcandi ea, quae per dies aliquot docuerat, ea verba non attigit, sed repetijt singula huius capitis, admones magistratum rursum sui officij, et dilectionis in subditos. Item subditos, ut magistratui in omnibus praeter si quid contra verbum Dei statueret, obedientes se praeberent, tributum, vectigal, contributiones, denique et omnia eiusmodi ex charitate offerant, Nam officium defendendi bonos, et malos coercendi, sine magnis sumptibus exequi nequit, inquit hic Ecclesiastes. Item magistratuum summam, et primam curam esse debere, ut subditis de fidelibus verbi ministris, provideatur, et populus ab ijsdem fideliter in sancta doctrina instituatur. Item ut cultus divinus quibus coli se velle unicus ille Deus, praeter quem non est alius, per filium suum docuit, iuxta scripturae praescripta peragatur. Non inquit ceremoniatem illum papisticum, qui non nisi pro ludo puerili, pupporum more puppis ludentium aestimandus est. Magistratus quoq; operam det. ut et ipse scripturae sacrae non omni ex parte ignarus sit, ne semper ab ore detorquentium scripturas, et alieno cerebro pendere coguntur; Adducens de hoc praeceptu

Legislatoris Moseos ex cap: Deut 17. Hæc autem fere sunt verba. Cum sederit in solio Regni sui, describet sibi exemplar, huius legis in libro coram sacerdotibus Leviticigeneris, eritq illud penes eum, ut legat in eo cunctis diebus vitæ suæ, ut scilicet discat timere Dominum Deum suum, et servare omnia verba legis huius ac statuta ista ut faciat ea. Et ne extollat cor suum super fratres suos neq recedat â præcepto, nec ad dextram neq ad sinistram, ut proroget dies in regno suo, ipse et filij eius in medio Israëlis. Item exemplum Iosiæ reigis, qui reperto libro legis, cultum Dei redintegrari præceperit etc.

A Concione, dum Johannes, Philippus, et Samuel comites, adhuc in deducenda Domina principe abesse Eubulus et Wendelinus, comitante eos Carolo â Stockem Satrapa in Weilburg et Usingen, Atrebatensem adiere, qui viso Eubulo, Gallico more exclamavit. Monseigneur Conte etc. Innuens se crastino circiter octavam posse arbitrari resolutionem accipere, udq id temporis adessemus iussit. Idem Iussus est et Carolus.

Prandio nostro Carolus â Stockem et Barleven interfuere.

Emimus eadem scriptum prioris in Rehdorff, quo pinguis aquiliculus et Erasmum Roterodamum carpit, et d. Paulum uxorem non habuisse astruere conatur.

Eadem Fridericus Perger Georgij filius â Ratisbona nos invisit, indicans inter Coetera, de controversia Luxani præfecti regij et Georgij Pergeri et quomod Wolff Haller Pergeram in tutelam acceperit. Orta autem est hæc rixa, ob non hospitatum

Bohemum Aulicum, cum tamen Cattorum legatos hospitio excepisset. Interrogavit quoque nos de valetudine Pistorij. Item an mihi ex uxore liberi sint. Aiebat parentem et fratres suos bona esse valetudine. Invitatus est a nobis ad coenam, verum gravioribus occupatus, venire non potuit.

Orat: Quoniam tua voluntas est Domine, ut pro benefactoribus oremus, benefac eis qui nobis benevolverint. Propter nomen sanctum tuum Amen.

29 Maij in templo observantum Dominus Leonardus ex cap: Joann: 3. de Mysterio Sacro sanctae Triados, concionatus est. Indicans quam homini ex proprijs viribus divinitatem agnoscere, impossibile sit. Proferens in medium notum illud de puella, vola manus mare exhaurire conanti et D. Augustino etc. Item de distinctis personis in eadem trinitate, et huius rei testimonia scripturae adduxit. Item quomodo, dum baptizeretur Christus in Iordane, patris vox haec scilicet (hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est hunc audite) audita sit. Filius erat ipse qui baptizabatur, et Spiritus sanctus in specie Columbae, super Jesum apparuit. Item quod filius solum assumpserit corpus. Item quod Spiritus sanctus de patre et filio sit procedens. Item quam inepte Judaei et coeteri infideles, nos christianos tres Deos adorare, cum in unum tantum credamus, effutiant, quod Deus sit spiritus non habens corpus, nostris corporalibus simile. Quod autem scriptura sancta Deo oculos, vultum, manus etc. attribuit, id fieri quod scriptura, pro captu humano Divinitatem circumscribens, loquatur. Quae alibi nonnullis mortalium capi posset. Huc multa testimonia ex psalmo et alijs biblia locis adferens. Item quare Spiritus sanctus nominetur ventus. Item de vi et potentia ventorum Euri scilicet, qui cuncta perflet et concutiat, et Favonij

qui suo flatu omnia exhilarat. Sic et Spiritus sancti
afflatui nemo resistere potest, sicut propalam visum est
in die Pentecostes, frustra repugnantibus Pharisaeis et
Scribis &c. huic ad hunc usq; diem Mundus resistere cona
tur et tamen hic Spiritus flatu suo omnem terrarum or
bem, etiam hodie permanet, &c. Quae ad hoc argumen
ta faciebant, fideliter docuit: Hoc Epiphonemate ser
monem claudens: Sicut nihil Viventium in hoc terrarum
orbe sine spiratione et vento agere potest ita et nos in
Spirituali vita, ne momentum quidem vel ad oculi ictum
sine hujus sacrosancti Spiritus afflatu perstare possumus.
Iubens itaq; Deum patrem per Christum orare, Ut nobis
hunc Spiritum paracletum impartire dignetur. Qui
nos Vivificet et regat. Id nobis praesta o Pater
ob filium tuum dilectum, cui nihil negas, regnantem
tecum cum eodem sancto Spiritu tuo Amen.

Oro. Domine Deus magne, terribilis et fortis, idem quoq; be
nignus, clemens, patiens et multae misericordiae.
Ecce coram te cum tota tua Ecclesia non aliter ac olim
populus tuus et gens tua israel corda nostra et manus
nostras expandimus, ore et eximis penetralibus cordis
clamantes, respice Domine et miserere mei, pauperes
enim et despecti sumus nimis, invenerunt enim nos
ingratitudines et iniquitates nostrae, dominantur nos
tri Domini absq; te, impleta est in nobis, comminatio
tua, gens cuius catalectum non agnoscimus, possidet nos
nostraq;, nec satis dominari nostri habet, sed et concul
sancta tua, et praeter omne dedecus in tua Germania. O
Domine: vix ante hac cogitatum, quod quotidie commi
tit, noctu diuq; cogitat, qui nobis verbum tuum eripere pos
sit, conflans traditionum humanarum centonas, obtrudens
pro pane cinerem. Domine Deus nos quidem longe maio
ra his commerti sumus. Sed quid honor tuus et verbum
tuum innoxium, a populo non sancto blasphemari meruit? prae
eligente praeferente Christo caput novum Ecclesia tua, me
mento Domine promissionis tuae antiquae, quam mistici tui

Davidis populo pollicitus es, si peccaverit filij tui in me, cor-
rigam eos in traditio. Misericordiam tuam meam ab eis non
auferam, Quanquam autem paucissimi inter nos hac atten-
dant, Tu autem ne obdures corda nostra. Sed de furore
ire tuæ iustissimo, quidem remittens, in faciem christi tui
respice. Voluisti enim hunc pro nobis, et totius mundi pec-
catis, victimam esse, mediatorem unicum et pontificem.
Recordare, quod in hoc filio tuo dilecto, Domino nostro Jesu
Christo, remissionem peccatorum promiseris, cupimus Domi-
ne, sed da reverti ad te, confisi quoque de bonitate tua
magna speramus, nos de eorum esse numero, de quibus
filius tuus benedictus ait, ad te clamans. Pater pro
eis oro, et non tantum pro eis, sed pro his qui per verba
eorum in me credituri sunt etc. Aspiret nobis spiritus
sancti gratia, et nobis fidem adauge, ne opera manuum
tuarum despicias. Oves enim pascua tua sumus. O
pater da ut amantem te redamemus et timeamus
Da ut iuxta nomen tuum sancti simus. Adveniat et
renovetur in nobis regnum tuum. Tua voluntas in
misericordia fiat. Ne panem verbi tui, quo Germaniam
in hisce postremis temporibus, tam largiter refecisti,
auferas. Da ne penuria affligemur, nec saturati recal-
citremus. Nosti enim quid opus habeamus. Dimitte no-
bis debita nostra, ne simul perdas nos cum iniquitatibus
nostris siquidem et nos (quod concede ut ex corde fiat)
debitoribus et persequentibus nostris remittimus. Ne
nos in tentationem inducas, quarum nunc omnes terra-
rum angeli referti sunt. Sed libera nos à malo, animæ, cor-
poris et dierum malorum horum, quoniam tuum est reg-
num, post liminio nos assere tibi ò Domine, tua est vir-
tus, Justexta nos, tuus est honor, da ut te solum hono-
remus et gloriam tuam, da à nobis et omnibus promove-
ri in perpetuum Amen.

orat: Domine da, ne respiciam vultus potentis, sed da in os q
loquar et labijs meis custodiam pone. In nomine eni
tuo eijcio rete.

Eadem ad octavam, in mansione Cancellarij Cæsaris, Anto
nij Atrebatensis Episcopi, per Leonardum illi à cu
biculis intra cubiculum vocati sumus, ubi è regione
nostri, stetit Atrebatensis præsul, et illi à sinistris
D. Philippus Feld vicecancellarius, is orsus est dicere
Rmus et clementissimus Dominus meus Atrebatensis
mihi generositatibus vestris dicere iniunxit. Romani
Cæs: maiest: per Rmum Atrebatensem accepisse, vos
ad citationem huc advenisse, item excusationes vestr
quas protenderitis. Verum sua maiestas, etsi has ex
cusationes audierit, non tamen suæ maiest: his satisfa
tum ducit. Nam, quanquam protenderitis vos subdi
tos Cattorum principes esse, et sub capitulatione com
prehensos, tamen vos ut comites Imperij non decuisse
ut obliti honoris, dignitatis et nominis vestri, huic
principi contra Cæsarem repugnanti, auxilio esset.
Licet insuper sacra Cæs: maiest: ex protocollis Iud
cij camera perceperit, comites et Landgravium de
hac quæstione, subditi eius non sint an secus, egisse
Verum ut cunque hæc res se habeat, nunc de his sua
maiestas disputationem non instituet, sed in medio re
linquit, ea tamen lege, ut Fisco et suæ maiest: nihil
iuris derogatum velit. Idem quod ad absolutionem
per comitem Reinhardum à Solms attinet, id non la
tius tendere quam quod commissarij iussi sunt, su
per hac ulterius Cæsarem quærere etc. Horum ergo
cum vobis conscij sitis et constet, omnem dignitatem,
honorem et ius vestri comitatus à nemine, præter
quam ab imperatore, derivari. Quamobrem Cæs: maie
optimo suo iure et actione lesæ maiestatis, in

honores, corpora et facultates nostras, serius quid statuere posset. Attamen sua Maiestas ex innata sua clementia, mitiori via contra vos progredi cogitat. Sed discriminatim scilicet, ut hij duo iuniores comites, Philippus et Ioannes, actionem, quam mater ipsorum in Cæs: Maiest: ex pollicitis quibusdam habere se autumat, remittant. Maxime cum Cæs: Maiest: nihil sibi de hoc conscia sit, nisi forte de generalibus promissis (hæc enim ipsissima ipsius Seldi erant verba) ad hæc ut Cæsari quinquies mille florenos numeretis. Vos vero Eubule qui ante et sub hoc bellum præ cæteris comitibus et opera et verbis Cæs: Maiest: vos infestiorem ostendistis, Cæsari dabitis octo millia florenorum, aut si mavultis Cæs: Maiest: Iure vobiscum agat, et processus contra vos instituat. Præterea omnes comites una articulos eos quos ꝑmus: Dominus meus Atrebatensis nomine Cæs: Maiest: vobis propositurus est, et suscipietis et ea servare pollicebitis. Dum autem staremus quasi animis consternati, Atrebatensis non rogatus, deliberationem nobis in crastinum permissam iri, ait, causabatur et de motione armorum in coloniensem qua vel totum imperium ad tumultus excitari potuisset. Et cum Eubulus apud Atrebatensem quæreretur, impossibile fore ut eam summam ex suis facultatibus, vel à subditis corradere possit, obtestatusque persancte se ab intentatis (vel hostetestе absolvi posse) multa præsul obijciens ait, mihi à Cæsare quatuordecim millia ipsi numeranda imposita esse, sed vel solius Atrebatensis opera, eo deventum esse, ut octo millia, et hic nihil superesse, nisi ut ea pecunia numeretur aut optionem haberem, si Cæs: Maiest: Iure stare velim; profecto ait, quod hactenus responsionem distuli, in causa fuit, quod tam strenua

operam vestra ergo apud Cæsar: maiest: gravarim
sed summo labore apud suam maiest: ut octo millib[us]
contentus esset, obtinui. Sed quid opus est singula an[...]
notasse.
Philippum comitem à Nassau Cæsar gratis absolvit
sed non absq[ue] marsupij sui vulnere.
A prandio rursus Atrebatensem adire volebamus
sed quamprimum me conspexit, properanter ait.
Domine comes non vacat modo. Nam confestim
mihi exeundum est foras.
Volebamus et Staculum à Sleben alloqui, verum
is inveniri non potuit. Marschalcus verò Inderit
petita nostra, ad marchionem Electorem per-
ferre se velle, recepit.
Obviam quoq[ue] facti sumus, Doctori Philippo Seldo,
rogantes, ut apud Atrebatensem pro nobis inter-
cederet, quo pecuniæ summa diminueretur, ac de
cæteris, quæ ad negotium facere videbantur, cum ea
sermonem contuli. Is respondit, se quidem in alijs
libentissime mihi morem gessurum, at in hoc nego-
tio ipsemet, inquit, aut parum aut nihil agere pos-
sum. Nam aulicus sum, quæ Cæsar et Atrebatensis
jubent, id mihi faciendum est.
Eadem literas Doctoris Melchioris de Ossa, Seldo
per Liborium misi, egit et Liborius multa cum
eodem. Sed oleum et opera perdebatur.
Vidimus hac die Danielem Stieber, qui cum Eic-
statensi Episcopo Ratisbonæ erat.
Pransus nobiscum est Fridericus perger, huic ali-
qua Patri referenda iniunximus.
Ante Dominicum Augustanum casu magistrum
Glaserum inveni, qui hic vices Hennebergensium
comitum agit. Item Doctorem Udalricum Mordeisen

convenimus, ab eo Ducem Mauritium nihil consiliarijs de causa nostra commisisse, accepimus. Insuper et consiliarios paucos post dies hinc abituros.

A Coena Marschalcus Inderitz nobis retulit. Marchionem pollicitum esse, se et nostri mentionem apud Cæsarem fieri procurasse et ut idem fieret, iubere velle.

Fratres apud Anaxonem et Carolum Harst parum consilij inveniere.

Eadem ad literas Monasteriensis responsum est.

Dicuntur Electores ac Coeteri principes, apud Cæs: Maiest: institisse, nè comitibus qui coacti suis principibus inservire fuissent, modestior sit. Verum hæc petitio aut parvum aut nullum sortita est locum.

30. Maij. in æde Mauritio sacra, Wolfgangus Musculus continuavit prædicationem ex cap: 15. Johannis. Manete in dilectione mea, si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego patris mei præcepta servavi, et maneo in eius dilectione etc. Hic quæ ~~erit~~ heri docuerat per Epilogum recensuit. Deinde ait, Audistis qualis sit dilectio patris erga filios et maximè patris illius, qui coelum et terram creavit, et omnia ex se ipso fovet etc. Manete in dilectione mea. Sed quis inquies, hinc fructus? nimirum is, quod pater sic dilexit mundum, ut daret filium suum unigenitum in mundum, ut omnis qui credat in eum non pereat sed vitam æternam habeat. Item Christum optimum præceptorem fuisse docuit, utique qui quod verbo docuerit, id et opere quoque impleverit atque hoc archetypon Magistratu imitari debere, utque ea quæ statuerent, ipsi prius observent, ac iuxta claudium discant pati quam tulerint legem.

At vide quomodo Christus obediverit Patri. Factus est enim obediens, usque ad mortem, morte autem crucis

Idq; factum esse ob oeam, quam ergo patrem et nos dilecti-
nem habuit. Verum praeceptio et executio mandatorum
non est causa salutis, sed potius custodia quaedam cha-
ritatis. Quia Deus nos in filio suo Iesu, etiam antequam
nasceremur dilexit, quod autem dominus iusserit
manere in dilectione sua praeter rem dictum non
quia videmus quam difficile sit, si in hoc mundo in al-
cuius amicitiam astiti simus, eam integram servare
et ne ea excidemus cavere, tale adducens exemplum.
En inquit, si quis pater familias, puerum in plateis er-
rantem, laceris vestibus, fame maceratum, scabie
quoq; forsan laborantem, qui nullius frugi videatur
conspectus fuerit et hunc in domum suam secum
adducens, filij loco sedulo enutriri curarit, unice hu-
amet, talis puer, quanq; a patre familias diligatur
nunquid tamen dabit operam, ut in ea qua diligit
dilectione permaneat, an se turconem, ardelionem
immorigerum praebebit, quo is, qui eum in filium
adoptaverit, eius tedio afficeretur etc. Pater inquit,
tenere amat liberos et unde hoc? nonne ex natura
et tum si filius in patrem contumatior, omnes
facultates dilapidans, ad haec multam admonitionem
admittat. Nunquid storgia illa paterna retrogra-
ditur et pater vultum avertat, nec eam qua p-
us eam complexus dilectionem erga ipsum servabit.
Sic et nobis accidet, si non pro praecepto christi in
dilectione eius permanserimus. Sed dices forte, chri-
stus erat Deus et homo erat perfectus in omnibus
sine omni peccato. Hunc facile erat, praeceptis pa-
tris, per omnia inservire. Ego autem miser homi-
cio, peccator sum, undiq; vitijs scatens, qui impleat
ipsemet praecepta christi. Sed audin, exigui ope-
ris erat, si recta voluntas et cordis sedulitas

adsit, hoc est, ut ex corde puro et sincero Christi præ
cepta præstari cupias, et quotidie te in ijs exerceas. Quid
enim sibi vult, quod David ait; Omnia statuta tua servavi a
quippe qui adulterium commiserit. Vriam servum suum fi
dissimum interfici jusserit etc. sed utiq; servavit. Nam etsi
lapsus erat, tamen avidam voluntatem servandorum man
datorum Domini retinuit. Sic et nos, si ex puro corde, man
data Dei servare studeamus, et sic in dilectione perman
serimus. Profecto etiamsi alicui labamur et postea ad cor
revertentes, non innitentes nostris operibus, Deus nobis
respectu filij sui omnia condonabit.
Novit enim Dominus nobis compati non secus ac si quis
pater familias servum habeat sibi morigerum, non ad
oculum servientem, et recta erga ipsum voluntate af
fectum, is si pro ignorantia, aut ob ruditatem, non om
nia quæ præceperit hærus ad amussim exequetur, tum
hunc non statim hærus domo rejiciens, profligaturq; est,
aut concitatior in eum erit, nimirum sciens, quod non
studium sed scientia illi defuerit, multa condonat et eñ
suffertet. Invigilemus igitur, ut in recepta dilectione
permaneamus, et nos in custodia præceptorum exercea
mus. Quod nobis faveat Deus pater per Christum Amen.
Ante concionem intra quartam et quintam, venit ma
gister Glaserus, qui in comitijs Augustanis vices princi
pum comitum et Dominorum Hennebergensium gerebat
cui, qua in cardine res nostræ versarentur, exposuimus.
Eundem rogantes, ut staculum à Sleben adiret, expisca
turus, quid nam in causa nostra, per Electorem Bran
deburgensem factum fuisset. Qui sub prandium rever
tens, ait humaniter se à staculo exceptum. Hunc q; de
disse fidem, se sedulo apud Electorem suum instare
velle, ut una cum consiliarijs Ducis Mauritij, Branden
burgensis consiliarij pro nobis intercederent, vel si dux

Mauritius consiliarijs suis Augustæ relictis nihil de hac re iniunxerit, se daturum operam ut Marchio Elector solus intercederet.

Pransi sunt nobiscum idem Magister Sebastianus et Kniphausen.

Eadem ante nonam antemeridianam Fratres et ego, Liborius, Colbecherus, Lindius etc. intra cubiculum Atrabatensis vocati, ubi in præsentia Doctorum Seldi et Vigly. Magister Florus responsiones, et petitiones nostras, præsuli exposuit. Sed cum multum diuq; hinc et inde verbis altricatum esset, sed omnia quasi præcaria agentes, tales tandem abimus quales venimus. Nam de dijs periculosum est fari etc.

Eadem Galacteum ad Licentiatum Nicolaum Maier misimus, pro consilio, qui quoq; responsum reportavit.

Intereant omnes qui Interim illud ex corde amplectuntur.

Ad secundam pomeridianam verbi ministri et consules urbis Augustæ congregati sunt. O Domine bene prosperare, et ne des locum superbis et impijs.

Eadem Carolum à Stockem, Satrapam in Weilburg et Osingen, ad comitem suum heri abijsse comperimus.

Eadem Liborius, ob valetudinem, ut missus aliquot è culina nostra illi mitterentur, quo medicum et pharmacopolam quorum opera usus erat, convivio excipere posset, rogavit.

Consilium Johannis fratris nostri erat, ut opera Domini de Lijra et Bijsvi, qui non extremas apud imperatorem tenere dicuntur, alter enim à consilijs, et exercitu, alter hipodromo et imperatorijs equis præest, uteter. Sed quia magnates magni suas operas locant, hij etsi essent viri boni qui parum eos efficere hac in re putarunt, institutum meum mutavi.

Eadem instigatoribus papisticis civibus per lixas indictum est per crastinum feriari, quod ea esset dies ut vocant, Corpori Christi sacra. Per lixas autem factum est, quia concionatores pro suggestu denuntiare nolebant, eo quod intra annos decem et octo, haec ceremonia Augustae servata non fuerat. Haec sint initia dolorum hic fructus Interimici, sequetur Antiochi illustris et Heliodori petulantia.

Exurge Domine quare obdormis?

Nobiscum coenati sunt Kniphausen Doctor quidam Holsatius, et Moess Wormatiensis adolescens, omnium horarum homo. Et quanquam iuxta proverbium damna risum prohibeant, tamen Iocolator quidam Gtalus quoque venit, artem suam exercens.

31. Quae erat ultima Maij Dominus Johannes Henricus ex cap: 13 ad Romanos concionatus est summatim referens, quae paulus in hoc capite docuerit. Ubi autem ad eum locum, charitas est impletio Legis, pervenit, multis docuit, quomodo invicem mutuam charitatem fratribus nostris in Christo debeamus, et quid christianos erga se ipsos facere deceat. Dixit quoque de qua charitate, Paulus hoc loco locutus sit, non inquit de eo amore, quem nonnulli obscoenis sermonibus, sibi conciliare conantur, aut de eo qui per malas artes contrahitur. Sed de charitate quam christus praecepit, et quam in ipso erga nos quotidie experimur. Nec tantum Deus pater per christum nobis mutuam dilectionem tum primum praecepit, verum longe ante haec tempora in monte Sinai in lapideis tabulis et scriptum et praeceptum est, diligere proximum. Adduxit ex paulo ad corinth: locum, quam necessaria res sit charitas et quod fides et charitas individue sorores sint, ita tamen ut charitas e fidei fonte scaturiginem suam habeat. Item docuit, qui

Christus Jesus in extrema cum discipulis coena, man-
datum de charitate, renovaverit, dicens: Mandatum
novum do vobis, ut diligatis vos invicem, ex hoc enim
agnoscent homines, quod discipuli mei estis etc. Item
quomodo Dominus noster Jesus Christus suos per sim-
bolum charitatis agnosci velit. Item quod Christus,
ex immensa sua erga nos bonitate et charitate, ex
testamento corpus et sanguinem suum nobis in cibum
donarit, ac Paulo post haec pro nobis semetipsum victimam
sanctam in ara crucis Deo patri obtulerit, ac quod in me-
moriam sui, nos panem hunc sumere et calicem bibe-
re iusserit. Quo haec tanta miseria in penetralibus
cordis nostri, summa fide et pietate asservarentur,
iuxta illud, an nescitis quod templum Dei estis vos.
Et de his prolixius disseruit, ob Papisticam idola-
triam, quae (proh dolor) hoc die rursus vires hic
recipere coepit. Coarguens istam circumlationem
ostiae, de qua ne iota quidem, in tota scriptura sa-
cra reperitur. Cum palam constet, purum hominem
Deum ex fide agnoscentem aedem auream ipsius esse,
qualem puritatem et charitatem nobis largire
dignetur, omnis dilectionis fons Christus Jesus.
A concione Staculum à Sleben convenire vole-
bamus, verum is domo aberat.
Marquardum Doctorem obvium habuimus qui
salutatus et rogatus, omnia foelicem exitum
habitura ominatur, sed facilius est bona polliceri
quam praestare.
De Pompa et cerealibus festis hodie habitis, non
est dignum scribere.
Eadem conradus Milchling, e comitatu nostro
venit, fasciculos aliquot literarum adferens.

Gratiarum actio.

Benedictus Deus qui me meosq; et hic et in patria in hunc usq; diem incolumes servavit.

Nota de libris Graecis è Corcyra insula adductis.

Sunt autem volumina quadraginta quinq; in membranis et sunt scripta Chrysostomi, Gregorij, Niseni, Basilij Magni, Cyrilli, et aliorum classicorum Doctorum. Res autem de his libris, sic se habere fertur. Mercator quidam, cum Corcyra insula à Turcis caperetur, navigio elapsus est, is cum ad oram maris navigaret, intra Carecta et iuncos Marinos naviculam palo alligatam reperit, in qua nihil nisi volumina haec exportata erant, Mercator itaq; ea volumina, in navem suam transferens. Venetias secum advexit. Ubi autem rumor huius thesauri sparsus est, Dominus Musculus, cum magistratu, Augustano egit, ut haec volumina sibi compararet. Cui tanti viri consilium non aspernantes, hos libros pro mille ferè aureis emi curarunt, ac Augustam adferri. Vidimus igitur hodie in Musculi aedibus, horum catalogum, una et libros aliquot, qui tamen magna ex parte ab eodem Musculo latinitate donati sunt.

Wulfgangus Musculus è Dusa Lotharingiae oppidulo oriundus est, cuius ingenium quam foelix sit, et vel hinc aestimari potest, quod literas Arabicas, sine ullo praeceptorum adminiculo et legere et intelligere addidicerit.

Eadem dum staculum à Sleben quaeritamus, re ipsa illum hesterna die in Marchiam ablegatum cognovimus.

Nota de Iosto Sophi et Walpurgi.

Nota de B. et P. Vicinis nostris, quorum techna iam primum sub octo Brem. detectae sunt. Sed auspice Christo devolvabantur, in eam quam nobis paraverant foveam.

Iulius ille, cui ab aratro nomen, dicitur et ipse exarasse INTERIM.

Augustani vigesies quatuor centenos florenos, Perenot-
tis, obernburger et suis assectis, pro literis pacifi-
cationis cum Caesare dicuntur dedisse.
Iustinus Globerus et Iustus Hamerus II. Doctores,
eadem ad nos literas dedere.
Nota de rumoribus pessimis, de comitibus apud nos-
trates sparsis.
Dieta quae nobis in Wimaria, contra Guntherum co-
mitem indicto erat, ulterius prorogata est.
Consensum est, in sexies centena millia numum in
usis Ferdinandi Regis, ad munitiones urbium, in con-
fineis Turcarum et in sumptus bellicos.
Ernestus Dux reversus dicitur.
1 Junij Musculus Dusanus in templo Mauritij rursus
ex cap: 15. Ioannis haec verba legit, et eadem Ecclesiae
enucleare coepit, scilicet; Haec locutus sum vobis ut
gaudium meum in vobis manet, et gaudium vestrum
impleatur. etc. Hic primo ea in memoriam revocavit,
quae a principio capitis a christo dicta sunt, item quo
animo christus haec dixerit. Non inquit sicut ego et
mihi similes, aliqua in medium proferimus, nullam ope-
ram dantes, ut ea quae audiuntur, ad cor audientium
penetrent. Sed nobis plus satis est, tanquam dixisse et
tanquam pensum absolvisse etc. At Domino nostro Jesu
non satisfaciebat, si vel semel aut bis allocutus fue-
rat discipulos, sed subinde eadem ruminavit, et illis
inculcabat, quo animos eorum emoliret, attraheret et
sibi devinciret. Locutus est autem eis, quomodo ipse
sit vitis vera, illi palmites etc. Item de palmite fe-
rente fructum et de non ferente. Item, de utriusque
palmitis profectu et commodis. Item de premijs fructum
ferentis et praemijs arescentis palmitis. Item de dilectio-
ne patris in christum et dilectione christi in ipsos

nec non dilectione reciproca discipulorum erga Domi-
num, et quae utilitates nobis ex hac dilectione contige-
rint, scilicet redemptio salutis et vita aeterna. Monuit
autem omnes magistratus et principes, concionatores,
patresfamilias, praeceptores denique et omnes qui aliis
imperare iubere aut praeesse habent, ut Christi Do-
minum exemplum in hoc imitarentur, ut quae sub-
ditis dicerent, aut quae docuerint, ea animo et dicant
et doceant, ut potius animi subditorum vel discipulo-
rum alliciantur, quam vel cogantur, vel vi adigantur.
Christus enim nihil suis sermonibus quaesivit, quod
ipsi in lucrum cederet, aut per quod suae ambitioni
satisfieret etc. Sic superiores procurent, utque populo
~~liquunt~~ dicuntur, ad hoc destinata sint, ut popu-
lus ipse agnoscere queat, haec animo erga illos be-
nigno, et non sua quaerentis dicta, ac populi profectu
quaeri etc. Nam nobile quoddam est de homine, malutt
humanus animus persuasione recti potius duci quam
trahi. Nec enim animos erga se praesentes subdito-
rum suorum Tyranni habere possunt, qui sine om-
ni humanitate, quicquid, quod ipsis solis lucro ce-
dit, ac contra aequum et probitatem facit, populo
imponunt, et vi solum minis ac gladio illum ad
talia cogunt. Nam ut surculus seu virgultum
Ein Widdeklang etsi vi quo tu voles, retortus a te
fuerit, si sibi permittatur, rursus in rectum abit,
ita quicquid repugnantibus animis fit, tandem in idem
revertur. Repetijt quoque quae 30 May de dilectione mo-
nuerat, scilicet quod pusillanimes dicere possent, Chri-
stus in omnibus perfectus, facilis fuit huic dilectio.
At mihi omni ex parte malo et peccatori quomodo
erit perfecta dilectio? audis? inquit. Nos miseri in
hoc seculo nihil ad perfectum perducere, et prorsus

nihil præter velle, cupere et optasse Christi præcep-
ta implere consequi possumus. Huc igitur animad-
verte, ut ex corde bonæ et conscientia munda cu-
pias et optes, præcepta Christi implere, Deum di-
ligere et proximum, et quisq; pro suo dono, quantum
Deus illi concesserit, hæc implere studeat, si qua
labaris, ne cursum intermittas. Deinde docuit
quomodo gaudium Christi in nobis permaneat, et gau-
dium nostrum in eo compleatur. Voluit autem ut
operam darent discipuli, quo acceptum per eum gau-
dium, scilicet patris misericordia, fide et conscien-
tiæ puritate conservarent.
Sic Paulus iubet Philippenses implere suum gau-
dium. Sic ait Musculus, et nos, qui hactenus vobis
hic Augustæ in verbo Domini præfuimus, dicere
possemus, scitis enim cum primum Evangelica
veritas, apud vos elucescere cepit quam alacres
verbo audiendo, fueritis, vobiscum in templa
psalteriola, aut librum aliquem sacrarum can-
tionum deferentes. Novi testimenti codicem in
in Ecclesia inspiciebatis, domi sacra Biblia volve-
batis, si quando concionis hora instabat, ea frequen-
tia in æde hac sacra eratis, ut vix alicuius tardius
venienti locus reliquus esset. Nunc nescio quid
fiat, vos video negligentiores, in decantandis psal-
mis remissiores, et rarus est, qui novum testamentum
secum portet, et dum durior auræ flatus aspirat,
multi à veritate relabuntur. Rogo igitur et ob-
testor vos in Domino Charissimi, ut ad priorem
sedulitatem vestram revertamini, ne nos qui ad
hunc usq; diem, vobis in verbo Domini, multo sudo-
re et diligentia præfuimus, inertiam vestram animo
recolentes moerore et tristitia marescamus, et
gaudium nostrum in vobis completum fiat.

Dixit praeterea multa, saepius ruminanda et ascribenda, sed proh dolor) moles negotiorum nostrorum, memoriam nostram deruit. Da Domine ut verbum tuum ad medullas cordis mei penetret, foveat illud, et in fide ac patientia conservat. Amen.

Eadem à concione pallatium Atrebatensis petimus. Leonardum praesuli à cubiculis alloquimur, at praesul, dum ad patrem abiret, praeteriens me intuitus ait; Ego Caes: maiest: nihil locutus sum de rebus vestris.

Invisimus Nicolaum Maier ac de communi negotio cum eo contulimus.

Item donavit nos libello Isocratis de regno illi ab Georgio Neborgorio dato.

Eadem Adolphus coloniensis Archiepiscopus, per oeconomum suum, comites à Waldeck, ad coenam electoriam adesse iussit. Quid ageremus? mos gerendus est potentioribus, ne crabrones irritatiores reddantur.

Orat: Conserva me Domine, qui Danielem in medio Babylonis, ab immundiciis Aegypti custodivisti.

Fratres à prandio Atrebatensem adeunt, qui per Viglium hoc illis responsum dedit. Se comitum Waldeccensium apud Caes: maiest: diligentem commendationem habuisse, Caesaremque admittere, quo unus iuniorum comitum ad matrem abeat, ea tamen lege, ut intra mensem aut ipse revertatur, aut quid mater consentiat, nec ne, scripto huc significet.

Interrogavit autem fratres num Eubulus quoque iam adesset. Responderunt fratres non, nam in hospitio remansit. Tum ait Episcopus. Rogo ut illi meo nomine dicatis, me eius quoque mentionem apud Caes: maiest: fecisse, at Caesar in proposito suo perseverat, nec quicquam hic ~~[illegible]~~ immutari desinet

Eligendum igitur illi esse, num eam pecunia summam pendere velit, an alia via, ut nostis, illi aggrediendaest. Si pecuniariam summam dare vult, ad me veniat, et ipsi capitulatio prælegetur.

Eadem Joannes ille Noricus, qui per Pinsingerum apud Atrebatensem agere debebat, nobiscum erat. Wilhelmus Comes à Nassau, cum nihil varijs sollicitationibus, nos proficere animadverteret, consilium dedit, ut patrem Atrebatensis, scilicet Dominum à Grandevela, rogaremus, si is qua apud Cæs. maiest. pro nobis intercedere vellet, qui cæteris dijs opitulatoribus Iovi proximior esse videatur.

Requisitus est à nobis et Luderitz qui omnia pollic. Reversus est et Noricus ille. sed nondum oportunitatem nactus erat.

Apud Coloniensem, ubi primum, ipsas ædes accessimus, à comite Ottone à Scomberg fratre Germano Episcopi excepti sumus, et in magnum hibernaculum deducti. Ubi Ernestus à Sarlms, cum fratre Eberhardo ac filius Gothardi Ketteler equitis. Ernestus quoque à Scomberg et comes Lippie iunior aderant. Archipræsul tandem et ipse veniens summam præ se humanitatem prætulit optans Eubulo prosperos initi Matrimonij successus. Qui Eubulus et Archipræsuli suam dignitatem foelicem esse imprecatus est. Addens ut possit fieri, quo huc rerum gubernatio esset ad salutem animæ Episcopi.

Inter coenandum læti erant sermones.

A coena de varijs cum Eubulo contulit, mire vult peculam tegens. Tandem rogatus ab Eubulo

ut pro ipso apud Caes: Maiest: intercederet. composito vul-
tu se sponte id facturum recepit. Nam ad diem domi-
nicam, inquit, inter alios convivas dominus à Grande-
vela, una cum uxore et liberis, nobiscum pransurus
est. Aderit et Atrebatensis tum autem temporis, comes à
Nassau, ob valetudinem coenae Archiepiscopi non interest.
2 Junij Ecclesiastes quidam in templo minorum ex cap.
14 Johannis concionatus est, nimirum de his verbis
Christi. Et ego rogabo patrem et alium consolatorem da-
bit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, spiritum
vobis veritatis, quem mundus non potest accipere: quia
non videt eum, nec novit eum. Vos autem cognoscitis
eum, quia apud vos manet, et in vobis erit. Non relin-
quam vos orphanos, veniam ad vos. Hic ait se hester-
na die de his rebus prolixius concionatum esse.
Paracletum autem spiritum, praeter quod consolator
sit, et is, qui interpellat pro alijs. Quam diu enim Chris-
tus in terris conversabatur, ipsemet Christus discipu-
lorum suorum consolator fuit, qui et ipsissimis, ac solus
mediator inter Deum et hominem. Ad coelos autem
ascendens, hunc de quo nunc sermo est, remisit, Para-
cletum Spiritum illum veritatis, is nobis nihil praeter
veritatem loquitur, adfert et aperit in scriptis Apos-
tolis, veritatem illam Evangelicam, omne verum ac
bonum nos decet, ac afflatu suo nos aspirat. Est et alius
spiritus, de quo Christus Joannis 8 loquitur, vocans
eum latronem ab initio, qui in veritate non per-
mansit, nam non erat in eo veritas, qui cum menda-
tium loquitur, ex proprio loquitur, quin et ipse ipsum
et mendatium est, et pater eius. etc. Is spiritus nequa

et Satan, quotidie satagit doctrinam spiritus illius
veritatis subvertere, et omnia et nunc in conspectu
est, conturbans, ac regnans in filijs diffidentiae. Di-
tur idem spiritus sancti unctio, eo quod hoc spiritu
sanctificationis et in reges et sacerdotes ungimur. Sa-
cerdotes ut Deo quotidie nos ipsos in christo sacerdote et
summo et rege unico, offeramus, mortificantes in hoc
spiritu sancto veteris nostri Adami concupiscentias
et opera, nec non et preces sanctas, Deo offerimus,
hoc spiritu sancto gemitus nostros adiuvante, reges
quia in christo regnamus in libertate spiritus et con-
scientia, de mundo, carne et diabolo per regem et
sacerdotem nostrum Jesum christum devictis victo-
riam reportantes. Dicitur et digitus Dei, eo quod Deus pater
per hunc digitum & spiritum operetur. Sicut in exodo Magi
Ægyptiaci Ulceribus undique infecti exclamarent. Digitus Dei
hic est. Dicitur et pignus quod nobis promissus & datus sit.
Contestans Christum nobis omnia, quae promisit praestitutum Do-
cens, ut certissimus de misericordia Dei & salute nobis per
Christum data, &c. Est et arrabo conscientiae, quo consignati
sumus in filios adoptionis & coheredes Christi. Christus Jesus
filius est naturalis Dei patris, nos non natura, sed adoptione
et consignatione hujus arrabonis sumus facti filij & cohe-
redes, ut liceat nobis in hoc spiritu clamare. Abba Pater
eodem spiritu gemitus nostros adjuvante, Vocator & dator
minerum, quod tam speciosa dona nobis largiatur, ut est pro-
phetiae donum, donum sanationis, donum constantiae, fi-
dei etc. Non tamen omnibus hoc donum largitur, sed
singulis prout ipsi dividit. Hic autem coarguit doctri-
nam quae Papistae de benignitate Dei homines dubitar
iubent, et eam ait ex patre mendacium diabolo esse
Item quod hoc sacrum precium cum patre et filio in
una et eadem Deitate adorandum sit, cui semper sit

laus, honor et gloria. clausit autem concionem collecta, et orans pro more mit den Ehesaeten.

Ort. Veni ergo ò creator spiritus, consolator moerentium illustra et rege mentes nostras, in his tenebris et perturbationibus, ut Christum Jesum verè agnoscere, et in eius cognitione, undiq modo instantibus periculis permanere valeamus. Adiuva gemitus nostros, ut cum fiducia clamemus Abba pater, conscientias nostras, fide et patientia, nè succumbamus coram rugiente leone, corrobora, et causam nostram, ad nominis Dei gloriam, subiectorum profectum et animæ nostræ salutem, dispone. Cui vivis et regnas, cum Deo patre Deoq filio, Deus vivus et unus. Amen.

Eadem Liborio iniunctum, ut petitionem nostram apud Atrebatensem renovaret.

Eadem Johannes frater noster, Erasmum a Ruhmrat in comitatum præmisit. cui ad Schonstadium et Hermannum Nellen literas dedimus.

Philippus von der Bruggen, per famulum Interim illud repetijt, quod et illi remissum est.

Eadem comitem Wilhelmum invisimus. cum quo et pransi sumus.

Vidimus habitationem magistri Glaseri, ac illi indicavimus, quæ seniori comiti Hennenbergensi perscribenda essent.

Florus Atrebatensem ante meridiem alloqui non potuit. A prandio autem multis cum eo egit. verum post petitiones, altricationes, ac excusationes, hoc tandem responsi tulit. Atrebatensem, omnia quæ suarum virium fuerit, diligentissime apud imperatorem egisse, adeo, ut penè viam Cæsaris, mei ergo incurreret, nec tamen Cæsarem flecti potuisse denuo, si ipse

de alia via cogitare possem, eum libentissime praesi
futurum. Nec quicquam xeniorum aut munerum se
ambire dixit. Insuper inquit, intime illi compatior
cum liberius importunitatem suam illi condonari
praecaretur, respondit, non eris mihi molestus, an
diam quoties veneris.

Eadem Doctor Simon de Muntelner, in hospitium
nostrum venit. Qui aiebat se nos ante annos vigin
in libello legentes illi obviam factos. Is nunc Johan
ni de Iseburgo Archiepiscopo Treverensi a medicin
est.

Apud comitem a Nassau, comitem de Dengem vidimu
qui Budingae conversari solet.

Eadem vidimus histriones sex coturnatos et pete
satos, tanti agilitatis se in giros et saltationes flec
tentes, ut ante hac unquam viderim, cum pro maio
corporis parte nudi essent.

Orat: Adiutor in oportunitate et spes afflictorum Deus
ne nos deseras. Memento promissionis tuae, qui per
os prophetae tui dixisti. In die tribulationis in
voca me, et ego eruam te. Tibi peccavimus, ne aute
des veritatem tuam ob nostras transgressiones
dedecore ab impijs affici. Quis autem ego sum, si no
respexeris in faciem Christi, inspector cordis et scru
tator renum Domine. tu, inquam, nosti, quae sit
afflictio mea. Exaudi me per eum, qui pro nobis nih
non passus est, Dominum nostrum Jesum Christum, fi
lium tuum. Qui tecum vivit et regnat, in unitat
spiritus sancti in secula Deus.

Orat: Da domine ne adversus te caro gloriari possit, n
potius in brachio viri, quam in tua bonitate spe
se scio quidem pater mi, quod Aegyptus sit homo non De
sed tu nos sub homines coniecisti. da patientia ac

fidem, ac causam hanc dirige, secundum bonitatem tuam magnam. Iussisti enim super te cogitatum nostrum a iactare. Pare non diffido quin et facies.

Ioannes frater noster, apud Ioannem Fridericum Electorem coenatus est, qui in suis periculis (ut est pijssimus princeps) etiam aliorum sortem deplorat.

Orat: Domine Deus, cui inter innumeras laudes et hoc encomij proprie ascribitur, quod erigis elisos et solvis compeditos. Aliquando et hunc tuum famulum I. F. libera, ut confiteatur nomen tuum, et magnificentiam tuam celebret. Idem per totam germaniam supplex tua Ecclesia, per eum, cui nihil negaturus es, Jesum Christum dilectum filium tuum orat.

Fünff Augsburger Centner und dreissig Pfundt hat der Graff von Dengen gemogen.

3. Iunij in templo Mauritij D. Musculus ex cap: 15. Johannis, hunc textum prosecutus est. Hoc est praeceptum meum, ut diligatis vos invicem, sicut dilexi vos maiorem hanc dilectionem nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis, etc. Hic multis de charitate docuit, et quomodo christus hac non solum docuerit, sed et re ipsa praestiterit, et hinc nos exemplum nos sumere debere. Non enim doctrinam fidei scire sufficere, si non et alteram partem, quod est, quae Dominus praeceperit et suscipere, et doctrinam crucis subire velimus. Sicut et Dominus ipse dixerit. Ite praedicantes Evangelium, docentes eos servare, omnia quae praecepi vobis. Item quam enormiter hi, qui unam tantum partem arripiunt peccent. Item quod christus non tam praeceperit, quam praecepto allexerit, et quam frustraneum sit, homines ad dilectionem

sui velle cogere, et quod prius dictum, potius magistra-
tum deceat, nimirum, animos suorum allicere non co-
gere, et exemplo Christi, aliena non sua quaerere.
Ostendit praeterea, rem odiosam esse, sua solius com-
moda quaerere. Haec autem doctissime in duas classes
digessit. Licet nos ea tumultuarie scripserimus. Ait
quoque animadvertendum esse, quo tempore Christus
haec dixerit, scilicet sub id temporis, cum carnem
suam sub pane, et sanguinem sub vino, in novissi-
ma coena inter discipulos distribuerit. Iubens id
quoties facerent, in memoriam sui fieri, ac postri-
die id quod dixerat, expleturus erat. Atque hic quem
quam secum expendere iussit, huius immensi bene-
ficij emergiam, quid nam sit vitam rem ut pote du-
cissimam, pro amico reliquisse, sit. Item quid ani-
in scripturis dicatur indicavit. Eos quoque coarguet
qui somniarunt hoc loco, Christum solis Apostolis
dilectione praedicasse. Perinde ac illud mendatium
fuit. Christum sacramentum solis Apostolis, sub
utraque specie, praebuisse. Caeteris non item. cum
Paulus, qui prius persecutor Christi et suorum
et postea non ex numero duodecim Apostolorum
fuit, tamen sacramentum hoc, sub utraque spe-
cie distribui iussit. Contestatus se sic accepisse
a Domino. Item cum dilectio nobis insit a natura
Christum Dominum hic magis moderationem di-
lectionis, quam praeceptum statuisse. Dilectio
enim hos posuit limites, ut sic se invicem, cha-
ritate prosequerentur, sicut Christus prosecutus
est eos. Item quanta huius dilectionis profundi-
esset, quam nemo mortalium verbis eloqui quem

Persentiri tamen eam â nobis aliquomodo posse ete.
Deus qui Charitas est, nobis et hanc charitatem dona-
re, et in ea perseverare dignetur Amen.
Eadem Liborium ad comitem â Nassau misimus, ipsi
nos comitem â Schomberg convenimus. Rogantes
ut fratrem suum Archipraesulem, eorum quae nobis
pollicitus erat, memor esse vellet, hortaretur.
Eadem Wilhelmus comes â Wittgenstein, nobiscum
pransus est, et confestim â prandio Joannes frater
noster, cum Wendelino Colbechero iter in patriam
arripuit, quem Samuel et Eubulus at stadia aliquot
extra Augustam deduxerunt. Pernoctaturus ant
erat comes Joannes ad Verdam Danubij, quam incolae
Schwäbisch Werth nominant.
Nota Wendelinus antequam abiret, Floro omnium
comitum nomine (me tamen inconsulto) edixit,
comites posthac expensas, pro illo non expositurus.
Sed idem Lindio quod Floro.
Venit Henricus Winter, Werneri filius, qui apud
Franciscum, nobis ex patre fratrem in Anglia an-
nos aliquot fuerat. Nunc autem nudiustertius Au-
gustam cum Domino de Habijt Britanniae et Anglorum
Regis Legato advenerat.
Mos ab Anglicis servatur, ob nescio quas conventio-
nes, inter Caesarem et reges, ut Angliae legatus, inte-
gro triennio. aulam Caesaris subsequatur, ac semper
praesto sit, nec interim, nisi magnis de causis, ipsi
patriam repetere liceat. Finito triennio autem
alter mittitur, huic succedens. Idque sic singulis
triennijs, Legatorum mutatio fit.

Comes Philippus frater noster, cum Joanne Fri-
rico Electore captivo coenavit.
Coenae nostrae Ioachimus Hagk intererat.
A coena Johannes comes à Retberg nos invisyt.
Coloniensis in hortis Lynck, Grandevelam, eius ux-
rem et liberos. Dominum de Buysvi et eius con-
gem Dominum de Lyra, Dominum de Aigmont. Bar-
nem de Brabanzonem et cui primas debentur,
Wilhelmum comitem existeret, ipse cogebar, me
his delicijs immiscere, ac hortos Lynceos perlustra-
re. Quamprimum autem in conspectum Wilhelmi
comitis veni, recte se res habent, inqt; Nam ia-
dum feci tui mentionem, post repotia Atrebate-
sis, me à longè stantem videns, detecto capite
annuit, ac mox coloniensis Atrebatensem, Aigmo-
dam, et Dominum de Lyra seorsim abduxit. Et
factum sit expecto. Cui omnia ut illi placitum
est disponit, is et haec negotia misericorditer
moderare dignetur. Amen.
4 Junij in aede mauritio sacra, Joannes Henricus
ex cap: 13 Epistolae ad Romanos, populo praelegit
hunc textum. Praesertim cum sciamus tempus qui
tempestivum sit nos à somno expergisci. Nunc e
propius adest nobis salus, quam tum, cum cred-
bamus etc. usq; ad finem capitis. Eundem textum
Christianissimè explanans, docens quam prorsus
nullam huius acceptabilis temporis rationem ha-
beamus. Adducens huc loca aliquot scripturarum
Item quomodo iam per diutinum tempus in
nocte à pseudodoctoribus detentissimus, et quid

per noctem significaretur, scilicet tempus illud in quo per omne ~~tempus~~ nephas ambulantes, Diabolo obedientiam præstitimus, nondum agnita luce Evangelica nec non agnitione Christi carentes fuimus. Item de extremo hoc tenebrarum tempore, et quod hora instet. Nos igitur expergefieri iussit. Producens exemplum de decem virginibus, monens, ne stultas imitaremur, dormientes in adventu Sponsi. Item ut iam agnitate veritate, iuxta d. Pauli præscriptum, opera tenebrarum deponeremus, et arma lucis induceremus. Item cum de vitijs horum temporum dissereret, quomodo ex ebrietate, tanquam ex fonte rivi, cetera vicia derivarentur. Ne autem Christianos vitam cynicam ducere velle existimaretur inquit non quod convenire amicos, aut honesta Symposia agere peccatum sit; non quod bibere et commedere pro delicto habeatur, nam his curare nequimus. Sed quod ita potationi operam damus, ita ingluviæ et mero ventrem oneramus. ut mox orexes sequantur et vomitus. Deinde quærantur cubilia, iuxta proverbium. In vino luxuria nec honestis coniugibus, nec innuptis virginibus vel parcitur, vel suus habetur honos. Qua enim ætate magis à helvonibus et spurcissimis hominibus virgines viciatæ sunt, adulatoria aut stupra vel maiora vel plura commissa, quam hac ipsa nostra ætate sunt. Adde quod eiusmodi quam minima poena plectuntur. cum maxime intersit eorum, qui ad gubernacula sedent hæc scelera puniri. Sed quid dicant? ait res eunt ut possunt (nolebat enim camerinam illam Iberorum et Germanorum quoque acrius movere) absterrens quoque nos apposita anthitesi de ira et contentione

potissimum cum simus filii pacis & concordiae, ne frena eam nostra relaxaremus, commonefaciens. Nam si illi blandiemur certe discurret in omne praeruptum & praeceps vitiorum. Sed Jesum Christum dominum imitemur. Quod nobis per eundem dilectum filium suum Pater coelestis largiri & in Spiritu sancto suo corda nostra regere dignetur, Amen.

Eadem Conrado à Schönstat literas ad Dominam socrum charam conjugem & nostros domi relictos dedimus.

Glaserus quoq ad Homebergenses Principes perscripsit.

Liberium ad Comitem Wilhelmum misimus.

Venit Samuel nepos noster, indicans illi à nuncio Cattorum Principis, jamdum in platea, praesentibus Comite Wilhelmo à Nassau & Johanne Ketbergero dictum esse, dominam Principem ad maritum Landgravium nondum admissam, sed non procul in oppidulo juxta Hailbrun, eam adhuc marsitare, hunc nuncium misisse ad impetrandum, quo liber ipsi ad maritum esset aditus. Secum constituisse, ex his oris non excedere, ni videndi mariti ei copia fieret.

O Fortuna, fortuna, ut nos pro pila habes, respice domine & miserere tandem, tempus subveniendi, veni domine & judica terram.

Philippus Princeps cum videat se indig delusum, ex impatientia & morbo phrenesi laborare metuitur. Spes afflictorum Deus & illi & nobis adesto.

Mauritius Dux Saxoniae & gener Cattorum Principis, simulator maximus, Consiliarios suos sensim a domina Principe amovit.

Eadem Licenciatum Nicolaum Maier invisimus.

Comes a Nassau cum proceribus Aulicis aliquot quos convivio exceptimus erat, de nostro negotio agere coepit. Sed postea experti sumus, neminem inter Caesarianos te, qui supercontritione Joseph affligeretur.

Eadem Conradum a Schönstadt domum amandavimus. Ioannes a Schönstadt Lüderitium convenit, & idem nobis obviam factus. Permisimus igitur voluntati Marchionis Electoris, si intercedere pro nobis vellet, an secus.

Caesar per Archiducem Maximilianum à Senatu Augustano petiit, ut is qui ex concionatoribus de INTERIM Mosi nistre locutus esset castigaretur, aut si id a senatu negligeret, Caesarem hujusmodi Ecclesiam coercituum. Venim nullam in homine causam invenire potuerunt. Ast quid aquilis cum exigno Musculo.

Betzenhoven pagus est ab Augusta, uno aut altero miliari
disidens, vbi enim bene nummatus alijquis rusticus filiolo
suo nuptias faceret, ab eo et Johannes Gessen hospes noc
vocatus est, Cum autem (vt apud eos Bavaros, quibus
Wilhelmus Dux praest, mos est) sponsa circum altare
duceretur, et sacrificulus adhuc missidans altari astaret
ipso facto papisticam religionem deridens, hospiti nos
tro et alijs civibus, e calice prabibit et eosdem ex ipso
calice ad aequales haustos bibere permisit. vt testis est
Joannes Gessen et alij Augustani cives fide digni.
Samuel apud Johannem Comitem à Retberg coenavit,
nobiscum vero otto Argentarius.
Eadem Wilhelmus Senior Princeps comes et Dominus
à Henneberg, responsum Alberti Marchionis de Bran
denburg, supra causa Francisci de Dalwigk nobis trans
misit.
Juliacenses, Treverenses, et nonnulli alij potestati sunt
coram statibus Imperij de nimia exaction Cesaris.
Sed quia durum illis contra stimulum calcitrare, re
pulsam passi sunt.
5. Lucij Musculus ex cap: Johannis 15 repetijt. Pra
ceptum novum do vobis, vt diligatis vos invicem,
sicut dilexi vos etc. Indicans, quam boni praceptoris
officio christus functus fuerit, qui nihil praeceperit
quod non idem quoque opere impleverit, et quomodo hoc pra
cepto, nostros profectus et nostram salutem quaesierit.
Item docuit quia christus, nos prius dilexerit nullis
vel nostri meriti aut boni operis ergo, sed ex mera
sua et gratuita misericordia, etiam antequam nati
essemus, etc nos decere, vt dilectionem erga omnes
habeamus, etiamsi qui nos vel laeserint vel nihil unquam
de nobis bene meriti fuerint. Nam benemerentibus

benefacere, Ethnicorum quoq; est et nihil, teste ipso Domino magni est, insuper est quam facile caro nostra superbia titilletur. Exempli gratia. Si cui maior honos contigit, si quis cæteris opulentior aut alijs sapientia et eruditione præstat. Deus bone quam nauci faciat proximum. Cum tamen christus Deus atq; rex coeli et terræ, sapientia virtus, mens et imago nec non filius unigenitus Dei patris, nos terreos vermiculos, omnibus vitijs et putredine scaturientes, sua dilectione dignatus sit, adeo ut pro nobis non solum vitam ponere sed despectissimam mortem crucis pati voluerit. Iussit item ut et ipsi Domini exemplo, si qua dilectio aut fratris necessitas id exigeret pericula non detrectaremus. Dixit quoq; sicut et alias docuit hanc charitatem, qua Deus nos diligat in dilecto, et qua Christus nos dilexit, ac suos se invicem diligere iussit, esse tam immensam, tam ineffabilem, ac nullam non animi admiratione dignam ut a nulla creatura effari possit, esse tamen aliquid in hac charitate, quæ utcunq; a nobis circumscribi possint, cuiusmodi essent, quæ superius dicta sunt. Et post multa Deum ardentibus votis orare iussit, quo nobis hanc dilectionem consequi, et in ea permanere contingat; Quod nobis donet dulcis Iesus Amen.

A concione Eubulus assumpto Floro comitem Wilhelmum adijt, cum quo et Ientaculum una cum Ottone et Ernesto de Schomberg ac alijs sumptum. Deinde comitijs Wilhelmi consilium in negotio nostro petimus. Qui ut virum prudentem et probum decet, ex animo dixit, id quod res erat, visum tamen est illi, non incommodare posse, ut nos Eursus Atrebatensis con

spectui exhiberemus. Dum autem in curia Atrebatensis
cum Floro colloquimur, praesul properanter ad Grandeve-
lam patrem transit, subsequunti igitur eum, usque ad a-
trium ante cubiculum patris, ubi praestolabamur. Edocti
autem a servo, praesulem in curia sua in hortis pra-
surum, abitum eius expectantes. Qui cum prodiret foras,
ac recta me peteret, dicens. Domine quid petis? respondi:
D. V. facile divinare, quid velim, potest cum omnis mea
spes adhuc de gratia D. V. pendeat. Ad haec ille. Profec-
to Domine mi comes, ego nihil ulterius facere possum,
nam multo labore, eo rem perduxi, ut de quatuor-
decim millibus ad octo millia descensum sit. Et habe-
as mihi fidem non mentior. Ego iam a te rogatus,
altera vice imperatorem adij, conatus, si qua possum
animum suae maiest: erga te emolire. Verum impera-
tor mihi quasi subiratus respondit. Quid? num
satis clementiae me illi exhibuisse putat? quod cum
quatuordecim millia exegerim, eam summam ad
octo millia florenorum redigi passus sum? Dicito
illi, me semel me ipsum resolvisse, (nescio enim
quo grammatico repertum sit, resolvere in aula
Caesareana usurpari pro eo quod docti dicunt, hoc
mecum decrevi, vel sic animo statui etc. ut no-
vos homines exoticus sermo sequitur) ac sic con-
clusum penes me esse. Si volet oblatam gratiam
acceptare, bene est, si non aliam quam illi proponi
feci viam acceptet. Nec enim praeter ius me quicquam
in eum decreturum, certo compertum est, cum
autem Wolradus iterum atque iterum, apud praesulem
instaret, quo vel adhuc semel periculum facere

dignaretur, si quia apud Caes: maiest: obtinere posset,
summam praedictam minui. Respondit, Certe domine
nihil proficies. Sed magis irritabis Caes: maiest: et te
ipsum longe postpones. Veritatem inquit dico, possem
obliquis sermonibus te diutius detinere; sed quid
tu interim et tempus teres et oleum et operam, facies
de sumptibus, perdes. Cogitandum igitur tibi, et quam
primum Imperatorem reconcilies. Ego autem tertio
quod ante hac petij, urgebam, praesili per evidentia
argumenta demonstrans, nec divitiarum nec re
domesticas, ad talem summam congerendam mihi suf
ficere, quin insuper mihi magis religio foret, si
Caesari eam summam daturum me reciperem, cum
non esset virium mearum, maiorem Caesaris iram
in me concitare, quia solvendo non sum etc. Sed
his auditis praesil ait iam pridem tibi dixi, et se
res habent, nihil possum amplius. Videns igitur
Eubulus conclamatum esse, nequit igitur aliter fi
ri? dixit. Atrebatensis profecto nequit. Tum Eubulus
Ergo Deo omnis causa committenda. At ego destitu
tus sum et quasi ad mendicitatem redigor. Conve
leo inquit, tibi praesil ex animo. Et si quid praeterea
petuissem, prompta voluntas erga te mea non defuit.
Ipse enim quam tibi propensus fuerim, vidisti. omnia
namq, quae nunc a me ipse tu audivisti, eadem et
his similia, heri nobili isti (existimans liberum
ex isto hominum genere esse) retuli. Interrogavi
igitur ipsum quid de capitulatione futurum sit,
ait, conscribe mihi obligationem, et totius tibi ca
pitulationem tradam. Sed cum dicerem, me nonda
conscribendarum harum nescire, ipse praesil forma

quandam eius scripti referebat. Rogavi igitur ut per Se-
cretarium suum mihi eam conscribi permitteret, negavit
id fieri posse. Cum vero mensem Iulium terminum ad di-
midium summae pendendum nominaret, et ego dicerem,
id per impossibiliatem fieri non posse. Dixit. des primo
quatuor millia. Et posteaquam hinc atq; hinc sermones
contulissemus tandem inqt. de terminis si quid boni age-
re possum, operam meam tibi pollicitor, Et haec eius fabu-
la catastrophe erat, licet res minime fabulosa sit. Epis-
copo igitur gratias egi, me ipsi me ad officia offerens
Revertens ad hospitium comitis Wilhelmi, narraturus
quae evenissent, contendi. verum is domo aberat. Glasero
autem, qui fere in eadem platea mansitabat, iniunximus,
ut ad seniorem de Henneberg, quo instatu res nostrae es-
sent, perscriberet.
Comitem Wilhelmum apud coloniensem reperiens, huic
rem omnem narravimus. rogantes ut audiret â coloniense-
num pro nobis apud Atrebatensem intercedere vellet,
nec ne, quod ut comes fecisset. Episcopus respondit inter
dies novem aut decem de his nihil fieri posse.
Pransi sumus cum Episcopo, ubi aderant comes Wilhelmus
â Nassau Wilhelmus â Witgenstein. Otto â Schomberg
D. Henricus Hase. etc.
A prandio inter famulitium cum Episcopo in ius obe-
quitabamus. Sed nihil cum eo de his rebus, nescio quo
genio repugnante locuti sumus.
Eadem in loco quodam paludinoso ad oram Lyci flumi-
nis, Iohannes â Schonstadt et ego fere submersi era-
mus, nisi nos propitium Dei numen (cui laus et glo-
ria et gratiarum actio) servasset.
Volebamus Ioannem Noricum convenire, verum is
alijs occupatus erat.

Eadem Hermanno Nellio Herbarium item librum Biliandri et Bullingeri per Mucium â Numburg transmisimus.

Iohannes comes â Retberg nobiscum coenatus est.

6 Iunij in Templo minorum concionator quidam sermonem populo fecit ex 2. cap: Iohannis Apostoli Epistolae 1. Filioli mei haec scribo vobis, ne peccetis, et siquis peccaverit, advocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et per hoc scimus quod cognovimus eum, si iussa illius observamus. Hic concionator quidem docuit, quid D. Ioannes singulis scripserit, his autem verbis illum omnes Christianos alloqui ait, iubens nos â peccatis cavere. Posteaquam autem id quamdiu carnem et sanguinem, in hoc mundo circumferimus, fieri nequit, quin alibi peccemus. Hoc D. Ioannes remedij ostendit, scilicet quod habeamus apud Deum advocatum unicum non dicit multos et ex hoc loco concionator ille, eos qui alios aut plures advocatos implorant, aut implorandos putant serenissime corripiebat, evidentibus scripturae testimonijs. Hunc de quo hic Ioannes loquitur, unicum esse mediatorem inter Deum et homines etc. Et ne quis sibi de alio mediatore somniat. Ioannes Evangelista et Apostolus eum ex nomine, vocat et exprimit Iesum christum iustum, Item dicebat verbi Dei ministrum bono oeconomo similem esse oportere, aut (ut suis utas verbis) Einen Spittore meister. Is enim necesse habet, ne egrotis, eosdem quos valentibus cibos apponere procuret, alia quoque fercula infantibus alia adultis praebet

Ita Ecclesiastes refricatione legis mentes peccantium re-
mordet, et poenitentiam inculcat, infirmis lac praeponit, et
Evangelij laetum nuncium praedicat. Sicut christus pseudodoc-
tores, fures et latrones appellitat, et prophetae olim aspe-
rioribus verbis in impios invecti sunt, poenitentiae enim
doctrina, laeticiae Evangelij annexa est, quod et christus in
parabola, de eo qui inter latrones incideret, cui pandochen
vinum et oleum in vulnera infudit, docuit. Primo enim
vinum mordatius, hoc est, acerba monitio, deinde oleum
id est, salubris Evangelij consolatio, adhibenda est. Sic et
D. Iohannes primo monet, nè peccemus, si verò aliquan-
do nobis contingit, remedium demonstrat. Addidit et alias
optimas hic concionator pareneses. A concione autem
idem praedicatos hic quod heri D. Musculus culpabat, scilicet
populum mox finita concione discedere, nec exspecta-
re donec Ecclesia, Deo laudem et gratiarum actiones pro
dato verbo decantarit, contempta benedictione ministro-
rum verbi. Licet enim ait homunciones miselli et vobis
similes simus, tamen servi Dei summi et maximi sumus,
et illius nomine, nec non ex ipsiusmet verbis, vobis be-
nedicimus. Concionatus est hodie et Musculus, cuius
concioni Philippus et Ioannes fratres nostri, una cum
Galacteo interfuere.

Hac ipsa die Iohannes Hagk et Scribae fratrum, commis-
sionem Liborij et Melchioris, amplius locum habere no-
lebant, in me (creditur) faba ista sumptuum cudetur.
Misimus Liborium ad Atrebatensem pro capitulatione
ac forma obligationis.

Iohannes ille Noricus, ait hactenus pintzingero non
obtigisse oportunitatem. verum hac die ipsum aliquid
tentaturum, ac spem illi esse bonam.

Ora. Domine Iesu, qui nos ab initio dilexisti, et ipsa es veritas, ex qua omnis dilectio processit. Da nobis vere ex toto corde, et te et proximum diligere Amen

Insignia Grandevelae, eiusmodi fere sunt, clypeus seu scutum superius aquilam glavam, alas expandentem habens, inferius quasi transversum positas lineas latas bivaricatas, albo et nigro colore super Galeam caput est apri cum pede eiusdem cruentato. Cum igitur D. de Grandevela sibi ipsi quod â Caes: Maiest: his armis et ornatus et nobilitate donatus sit congratuletur ac propterea aulcis suis passim subter arma hoc simbolum intertexerit scilicet. Sic visum est superis. Homo quidam non insulsus hoc hemistichium addidit Aquilas subiicere porcis. Iudicans maximos orbis terrae, principes â humillimis homuncionibus regi.

Verebatur segetes grandine concussas in ea Germaniae parte, quam vulgo daß Riß vocant.

Ernestus comes â Schomberg et M. Sebastianus Glaserus, nobiscum pransi sunt.

A prandio frater noster Philippus et ego amoenitatem hortorum Lyncij perspeximus.

Eadem Florus rursum â prandio Atrebatensem convenit. Sed surdo fabula canabatur Pinsingerus quidem bene volebat, verum occasio, et nescio quis malus genius illi obstitit.

Marchio Iohannes Ioachimi Marchionis Electoris frater, qui Francisci Luneburgensis Ducis ditiones quas Caesar rebellionis ergo, ad se pertinere putat sibi comparasse dicitur, admodum exiguo satellitio comitatus hinc multis insalutatis abijsse dicitur.

7 Iunij D. Iohannes Henricus in aede Mauritij caput
14 Epistolae ad romanos explanare cepit, legens haec verba.
Porro eum qui infirmatur fide, assumite non ad diiu-
dicationes disceptationum. Alius quidem credit vescen-
dum esse quibuslibet. Alius autem qui infirmus est,
holeribus vescitur. Qui vescitur non vescentem ne
despitiat, et qui non vescitur, vescentem ne iudicet. Deus
enim illum assumpsit. etc. Hic ostendit hanc Epistolam
D. Palum ad romanos, hoc est romanensem Ecclesiam
scripsisse. Et quia haec ex gentibus, et iudeis con-
gregata erat, gentes Evangelica libertate utentes
quibuslibet cibis vescebantur. Qui autem ex iuda-
ismo erant, iudaicarum ceremoniarum assueti, ab iis
quae in lege prohibita erant, abstinebant, nec tam
illico libertati Evangelicae subscribere potuerunt.
Orta igitur inter hos duos populos conditione et alte-
ro alium contemnente, vel se ipsum aliis praeferente
d. Paulus coactus est singulare caput in hac Epistola
de hisce rebus conscribere docens, quomodo utraque
gens se in hoc gereret, ac se ipsum Paulus conciliatorem
ac doctorem in medio interposuit. Docensque quo pacto
infirmus in fide sustentandus sit etc. Quod autem
omnia munda sint mundis, Ecclesiastes ex verbis
Christi, non quod intrat in os conquinat hominem
etc probavit. Adducens in hoc ipsum et alios ali-
quot sacrarum scripturarum locos. Ita tamen de
suscipiendis infirmis docuit, ne refractis et obstina-
tis petulantiae locus pateret. Item conducibile vi-
deri aiebat et nostro hoc aevo Paulum aliquem
exurgere, qui controversiam religionis, ea qua Pau-
lus probitate et fide componeret. Deus opt: max:

ut quotidie in fide et puritate fidei robustiores fa-
ti, infirmos quoq suscipiamus donet, ac ut nulli alic-
ius schandali ansa sed exemplum in ædificationem
simus. Idq per Iesum Christum nominum nostrum. qui
cum eodem patre et sancto spiritu benedictus in secu-

Iohannes Marchio, nec tegumentum illud, quod vulgo
coelum vocant, in die corporis Christi gestare
nec interim illi subscribere voluisse dicitur.
Da Domine quod fit, ut iuxta tuam voluntatem fiat.
D. Viglius, comitatus Waldeck octo esse opidula
et quæ ex hisce quisq comitum teneret, novit.
Interrogavit quoq Eubulum, qui fieret, ut modo in
arce Waldeck commorationem suam non haberet
item quasnam hac ætate eam comitatus partem, quam
olim comes Otto tenuit possideret. Non quidem de
fratre nostro germano, piæ memoriæ, sed de eo Otto
qui in Wetterburga habitabat, loquebatur, qui mas-
culum hæredem non reliquerat. Et cum responderet
Waldeciæ, ob oppignoratos redditus per novercam
non esse tantum proventuum, quo perpetuam habita-
tionem isthic habere possem. De derelicta hæredita-
tione Ottonis, cum latius non interrogaret et ipse
obticui.
Iam tertio res immutata nam Seldo iam et recogni-
tionem et capitulationem describi curare iniuncta est.
Dum modo hæc, modo illa mihi quæ in Cæsarem commi-
serim imputarentur. Tandem erat qui ex aulicis mag-
natibus rimarum plenus effutiret. Disputationem me
quondam cum ~~quond~~ comite Friderico à Furstenberg
Ratisbonæ in colloquio habuisse eam non minimam
nunc esse partem quod malam gratiam Imperatoris

inciderem. Hæc autem concertatio fere sic se habet
cum anno Salutiferæ redemptionis nostræ 1546
iussu Philippi Cattorum Principis et ab aliquot ordinibus
Imperij, ad colloquium de controversijs in religione me
invito, et repugnati animo in auditorem destinatus es-
sem, ac dum in tractatione rerum, in domo senatoria
in peniciori hijbernaculo, ubi Mauritius à Hutten E-
piscopus Eichstetensis et Fridericus Comes à Fursten-
berg Dominus in Helberg et Landgravius in Bar, Cæsareæ
Maiestatis nomine præsedissent, ac verbalis velitatio
inter D. Mauritium Bucerum ex nostris colloquuto-
ribus et Dominum Petrum à Malvenda ~~sic fere lo-~~
~~qui~~ antesignanum papisticorum (sive ut ipsi vocare
malebant) Cæsareorum colloquutorum incidisset, Petrus
à Malvenda, sic fere loqui exorsus est. Ego vobis per-
spicuè et evidentissimis argumentis vestram fidem
quam vos sommiatis non habere in scriptura, nec
unquam à patribus cogitatam. Sed esse vanam per-
suasionem, nec quidem esse in rerum natura. His
atrocissimis blasphemijs Eubulus commotus, nec linguam
nec animum continere ultra potuit. Sed si inquit, tanto
principum et statuum nostrorum impendio hic de
vana persuasione agitur male adsumus. Ac mox ad
Fridericum comitem, quem sibi quia et ipse comes esset,
ad hoc germanus, cui res germaniæ plus Episcopis et
exteris hominibus cordi esse (licet in hoc falsus sit)
putabat sermonem convertens, eo quod idem Fridericus
non ex omni parte linguæ latinæ gnarus existeret,
germanicè concremiens ait. Schwager Undt herr Graf
Friederich sitzen wir hie undt reden von schlegten

wohn in solchen sachen, so seindt wir warlich schwer
lich hie. Ad hæc Fridericus torvè Eubulum intuens
ac autoritate sua (si Dijs placet) usq respondit.
Herr Graff wir haben von der Römisch: Kays:
Mayeste austrucklichen befelch, daß die colloquen
ten sollen reden vnd nicht die auditoren, hoc ora
culo Eubulus perculsus obticuit: labia igitur premi
licet Bucerus Rog. Snepfius, Gültlingen, nostri colleg
strenuè Eubulo calcar addere satagebant, ut aper
cum comite Friderico in harenam descenderet, ve
et loco et tempori cessit. Nè tamen Fridericum ve
timere, vel mihi ipsi, de ijs quæ illi dixeram, ma
conscius viderer, vel illi non habita dignitatis
mea ratione, maxime in re tam seria palmam tr
buere inculparer, post solutum consessum recta ipsi
adij, licet voluerit declinare viam, dicens, Domin
Friderice, certe male me habet, quod Hispanus E
bulo, tam frivolè et ridiculè, de re tam sancta
Fide nostra christiana loquitur, at Fridericus
ut astutam sub pectore, vulpem tegit, sermonem n
interrumpens, profecto ait: Mi Domine comes rog
ut mihi hoc condones. Quod enim dixi ex ratione
officij, mihi incumbebat dicere, potissimum quia s
cra Cesarea maiest: serio huc perscripsit, ne Audit
res in colloquio loqui permitteremus. Sed si cui
ex auditoribus cum præsidentibus res sit, is præ
sidentes ad partem, ut ipse loquebatur, (nam et
hæc vox modo latina modo germanica est, allo
quitur; brevibus ergo Eubulus respondit: Mi Do
mine Friderice, rogo ut mihi veniam des nam r
de prora et puppi religionis nostræ et negotium

Domini nostri Iesu christi et salutis nostræ agitur, et persanctè contestor, ego iam hic ago partes principis hominis, si quis huius in hoc colloquio minus honestam mentionem faceret, non possem bono stomacho devorare, quo magis nefarij illius Hispani verba, animum meum male affitiant. Verum Fridericus nescio, quid pro more aulico secum mussitans honorem exhibens, dextramque præbens, atque ita ex loco colloquij abitum est. Sed testis mihi καρδιαγνώστης ille Dominus in die illa magna Domini nostri Iesu christi, quo animo ratisbonæ hæc gesta sint, qui dubio procul omnibus ostendet quæ vel perperam vel insidiose ab utrisque dicta sunt.

Christophorus et Philippus Seldi patrie civi Augustano, qui aurifabrum gessit et matre ex eiusdem opificij parente procreatæ nati sunt; ob foelicitatem vero ingenij, a Raiemundo Fuggero unicè adamati sunt, eius quoque opera et impensis, posteaquam Augustæ, prima elementa literarum addidicerant, Lugduni Franciæ in Doctoratus honorem provecti sunt eo dignitatis modo effecti, ut alter nimirum Philippus Cæsaris vicecancellarium, alter Christophorus urbis Augustanæ cancellarium agat.

Aiunt Atrebatensem Doctores Hasen et viglium omnem movisse lapidem. Verum Cæsarem emoliri non posse, ut summa nobis imposita minuerentur. Ast hæc superi norunt, non novum est aulicis fumum vendere.

Dominus de Blawe dicitur ad custodiam Marscalci de Schaumberg translatus esse, quod remissioris quoddam animi cæsareani signum esse dicitur.

Eadem duces duo peditatus militiei, huc captivi adducti sunt.

Cæsar valetudine affectus dicebatur.

Ferdinandus præter quatuor centies millia alia centena millia à statibus Imperij in promptu sibi deponi exigit.

Eadem Dido à Kniphausen nobiscum agere, ut tutelam cognatorum nostrorum comitum de Hoc suscipere vellemus, conabatur, verum cum audiret consilium comitis Wilhelmi, et quæ nos negotiorum moles premeret, tandem his supersedit.

Nota quicquid comitum à Waldeck quæretas ve privilegia concernit, nunc ex archivis camera Imperij exquiritur.

Eadem Nicolaum Maier invisimus.

Wilhelmus comes à Witgenstein, Ernestus comes à Schaumberg, Philippus et Eubulus, nec non Dido. Kniphausen apud comitem Wilhelmum ab Anaxon pransi sunt.

Viglius apud coloniensem pransus est.

Eadem Electores Cæsarem adire venia petitu 8 Iunij Wolfgangus ex cap: 15 Iohannis hunc t tum. vos amici mei estis, si feceritis quæcunq præcipio vobis; non post hac vos dico servos, qu servus nescit quid faciat, Dominus eius, vos ante dixi amicos quia omnia quæ audivi à patre me nota feci vobis etc. enarravit. Dixit itaq Ch tum nostrum duo hæc discipulis proposuisse, scilicet ut mandatum de dilectione observare et simul quod re ipsa, quanta dilectione suos d ligeret, utiq pro quibus dulcissimam vitam pone

paratus sit, ostenderet deinde ut si eum amarent, præ-
cepta eius servarent, in vera enim amicitia duo hæc
convenire debere, primum ut is qui amat, eius quē
amat profectum quærat, et in omnibus eidem bene ve-
lit. Alterum ut is qui diligitur adamanten redamet et
mutua gratitudine erga ipsum affectus sit. Nam inquit
ista amicitia, quæ lucrum tantum, aut solum secundæ
fortunæ auram sequitur (pro ut mundi mos est) ad ve-
rem amicitiam nihil facit. Nam et poeta quidam dicere
novit, turpe quidem dictu, sed si modo fatemur vera:
vulgus amicitias utilitate probat. Ubi vero rerum
facies tristior apparuerit, nemo est qui amicum ag-
noscat. Sicut idem Naso canit. Donec eris foelix multos
numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus
eris. Talis igitur amicitia, ut dixi nullius precij est
Christus autem, ut remoto omni fuco vere diligit, ita
vera dilectione, se quoque à nobis prosequi vult. Ex
observatione autem eorum quæ christus præcepit,
non reddimur amici christi nam observatio hæc sig-
num est, quod christum redamemus, qui nos ex mera
charitate et gratuita misericordia, etiam tum cum
adhuc alieni ab ipso et peccatores essemus, dilexit etc.
Nam filius familias, non redditur filius, ex observan-
tia erga patrem. Sed iam tum filius est, et pater
eum pro filio ducit. Filius autem hac observantia
se patrem diligere ostendit etc. Quod quoque ex illo
patet, quod christus dicit, estis non eritis. Nam
si vera dilectione, christum amaverimus, profec-
to hæc dilectio non erit mortua, sed voci christi
obedire sataget. Quod vero dixit, post hæc vos
non dico servos, etc est immensæ bonitatis christi
erga nos miseros vermiculos iudicium cum nos, Deus

et Rex Coeli et terræ, amicos vocat, qui nè servi
quidem tanti principis esse meremur, Simile est e
hoc, quod idem Dominus dicit, servum non scire
voluntatem Domini, at se discipulis voluntate
et omnia quæ à patre acceperit annunciasse. H
Musculus dixit. verbi divini auditus quam ne
sarius sit. Item quam salutare sit, hanc patris
voluntatem didicisse, et quod hæc voluntas mini
aut ex parietibus pictis, aut anilibus fabulis, se
ex auditu Evangelij et biblijs sacris quærenda,
Item quod non sufficiat, hanc cognovisse et scir
sed ut eam opere implere conemur iuxta illu
servus sciens voluntatem Domini et non faci
plagis multis vapulabit. Item si quis per incu
verbi præcones audire nollet, et tamen ignora
tiam protendere velit, hanc ignorantiam non ex
cusare. Hic autem seriam admonitionem ad oves s
curæ commissas musculus habuit, dicens: maiores nr
zelum habuerunt, ea faciendi quæ ipsi edocti erant
cum tamen hæc voluntas Dei illis non adeo dilucid
ac nobis iam coruscante. Evangelij luce Deo laus c
tigit indicata fuerit. Sed nos Proh dolor: tam lang
di et tepidi sumus, temnentes tantam benignitatem
Dei, nec ullo zelo vel Dei gloriæ aut nostræ salu
tangimur, patribus declaratio voluntatis Dei, no
zelus Dei est. Quapropter pro christi amore et glor
nos observamus meliorem quam hactenus contigit
harum rerum rationem habere velitis. Consolat
est et hic rursus pusillanimes, qui dicere possent

Atego miser homuncio qui possit praeceptorum christi à me observatio praestari, cupias inquit ex toto corde implere, et ora Deum ut eam voluntatem tibi confirmet, et opere rem aggredi studeto. Et Deus voluntatem, (ut dici solet) pro opere acceptabit, etsi septies in die lapsus fueris resurgere, conare. Deus n. voluntatem pro opera acceptabit. Nos autem nobis ipsis isto modo non satisfaciamus, sed ex toto corde et omnibus viribus, quotidie praecepta christi implere studeamus.

Orat: Cui vero nos amasti Domine, da te redamare, mentem quoque et voluntatem erga te rectam, quo ea quae praecepisti opere implere valeamus, ut mundus agnoscere possit, quod ex dilectione tui, mandata tua observamus, quos de immensa bonitate tua, amicos vocari dignatus es, ac nobis spiritum tuum sanctum et bonum per Iesum christum Dominum nostrum, impartiri velis.

Eadem Coloniensis ad arcem suam velberg abijt, hunc nepos noster Samuel eo subsequutus est.

Eadem comes Wilhelmus literas Alberti Marchionis à Brandenburg, Franciscum à Dalwig concernentes nobis transmisit, cui per Liborium easdem literas addentes comitis Wilhelmi à Henneberg remisimus. Insuper Liborius quid nostro nomine a comite Wilhelmo peteret non accepturus erat.

Florus et Philippus frater in rus abiere.

Eadem per Moscon Wormatiensem nobis exhibitae sunt Nenia conciliabuli Tridentini.

Venimus et eadem ad fontem qui est in fossa urbi
Augusta, non procul à porta sanctæ crucis exeunti
ad dextram quem Maximilianus Cæsar, ita ut a
quoties ex eo bibere solitus sit. Ut testatur in
scriptio, quæ habetur in Saxo ad parietem fontis
Sub noctem Liborius notulam illam recognitionis
capitulationis inter Cæsarem et me obtulit, et qu
quam per se iam tum nobis gravissima visa sit,
men Doctor Helvus protestatus est. Si vel Cæsar
vel Atrebatensis, aliqua in ea mutaturi sint, qua
mihi acerbius videretur nè de hoc Helvum n
cusari velim.

Orat. Domine Iesu, angor à dexteris et coartor à sin
tris, da resistere, et tibi soli fidere, animi eni
tui non deficient, cæteri omnes quantumvis pote
tes ut vestimentum mutabuntur. O rex regum
Dominator Domine, destruc omnem structore
et ædificantem non fundatum super lapidem fi
tum in caput anguli. Et quod modo facere cogor,
rogo te me mihi in peccatum statues, sed inter
de pro me apud patrem tibi nihil negaturum,
mandatis eius adhærere possim, et me spiritu
cto tuo fove, qui vivis et regnas cum eodem
Deo patre et sancto spiritu, Deus trinus et un
à principio et nunc et semper Amen.

9 Iunij in templo minorum S. Iohannes Hen
cus ex cap: Iohan: 2. hæc verba legit, et per
scimus quod cognovimus eum, si iussa illius o
servamus. Qui dicit novi eum, et præcepta eu

non servat, mendax est, et in eo veritas non est, etc.
Hæc inquit, verba maximi sunt ponderis, quæ licet ob
temporis brevitatem, vix enim quarta pars horulæ
nobis super est, commode explanare non possimus,
tamen paucis excutiemus. Est enim quasi summa
totius rei christianæ, quam hic Apostolus et Evange-
lista Iohannis, tribus (ut aiunt verbis) complexus
est. Ait enim, in hoc cognoscimur etc. Facile est enim
ut aiunt dicere se christianum, sed qui fidem in
Christum Iesum solam collocare et mandata eius obser-
vare velint paucissimi, in hoc peccant tam qui Evan-
gelio adhæreri videri volunt, quam papistæ hominum
genus, omnia traditionibus humanis confunden-
tes. Ait autem S. Apostolus, si præcepta eius serva-
verimus, non cuiuslibet præcepta, sed eius? cuius
nam? Domini scilicet liberatoris et servatoris, nos-
tri Iesu christi. Si quis autem præcepta alicuius
servari debeat, is necesse habet, ut prius ea et
audiat, et addiscat. Cui enim servus præcepta Do-
mini exequetur, in prius edoctus fuerit, quale sit
præceptum, quod herus eum servare velit. Ut hæc
autem perdiscamus, auditu Evangelij et frequentatio-
ne verbi nobis opus est. Præcepit autem christus
ut diligeremus eum sicut ipse dilexit nos, et in dilec-
tione, eius permaneremus, non ad biduum, triduum
vel ad semestre tempus, sed usque ad vitam persevera-
remus. Ait quoque amicum in necessitate et morte cog-
nosci, iuxta vetus germanorum dictum. Freundt in
der noth, freundt in den todt, freundt hinder ruck-
en, daß ist ein feste Brucken. Adducens exemplum
Hiob, quem omnes amici in necessitate reliquerunt

Cum alias domi diutius afflueret undique stipatus
amicis foret. Et quid inquit nos experti sumus hoc ae-
vo et anno, nunquid dum res nobis corruscante luce
Evangelij ex votis cederent omnes nobis passim con-
gratulabantur. Deus bone quantis tripodijs glori-
batur de confoederatione foederis Evangelici de
civitatibus et principibus, qui soli sustentare doc-
trinam veritatis videbantur, nunc autem dum pec-
cato nostro et merito submissiores facti simus et
crux adsit, quotus est qui non a nobis resiliat. Quam
rarus est, qui vel concionatorem affatu dignetur. Sed
haec fiunt, ut palam fiat num ferè et ex animo nom-
na nostra veritati dederimus. Amici Christi simus,
et praecepta eius servare voluerimus, aut simula-
tores vel Hypocritae simus de quibus ait d. Tob. Non
contemplabitur vultum tuum omnis Hypocrita.
Et hoc est quod Evangelista dicit, qui dicit se ag-
noscere Christum et praecepta eius non servat, men-
dax est et in eo non est veritas. Hic quoque eam, quam
D. Musculus subinde movere solet, hanc scilicet
monit. Et qui ego miser et peccator, possum serva-
re praecepta Christi? Respondit hic idem quod Mus-
culus, praepara cor tuum Domino, velis et cupias
ex animo illi in omnibus obedire, et conare pro-
posse, et Deus per et propter Christum, tibi hoc
ad impletionem reputabit, quod ex intimis viscer-
bus et velle cupere nobis dulcis iste Iesus lar-
giri dignetur Amen.
Eadem dum nobiscum statuimus, comiti a Nassau
capitulationem illam ad legendum exhibere oportu-

Massgrel nos ad comitem venire iubens, nobis fit obvia venientes aut ad comitem à Nassau, Wilhelmum comitem à Witgenstein, ibidem reperiebamus. Consultum igitur comiti à Nassau visum est, tentaculum sumere et coloniensem in arce Velberg adire, periculum facturi, an iam tertio apud Atrebatensem agere velit, si numerus minui posset, paruimus igitur ipsius consilio, ac circa decimam ante pomeridianam eo venientes, Archiepiscopum in aedicula quadam ante pontem arcis sedentem invenimus, qui conspecto comite Wilhelmo, illi obviam processit, nobis quoque dexteram porrigens.

Erant in comitatu Wilhelmi comitis vitus à Veltberg Satrapas in Vianden et Stephanus Medicus à Breda, Wilhelmus à Witgenstein, et Wolradus, Apud Archiepiscopum prater reliquos aulicos, Otto comes à Schaumberg germanus Episcopi frater. Ernestus et Eberhardus, Comites à Solms, Simon à Lippia comes ac Doctor Simon à Montebur, qui Treverensi Episcopo à medicinis est, erant, mox igitur mensa apparata et opiparè pransum est. Archiepiscopus se ibidem longè alium quam Augustae fecerat, praebuit. Rogavit quoque ut Wilhelmus quoque et nos caeteri coenam cum ipso sumeremus, in quo illi morem nos gessuros polliciti sumus.

A prandio Archiepiscopus extra arcem nos caeteris ipsum comitantibus in pontem. Deinde in pomerium vernatum ibat, ubi pueri Episcopales saltationibus et palestra se exerceri iussi sunt. Episcopus quoque fritillo tempus cum Velberg et Stephano fefellit

nihil tamen potatum sed honestissime lusum est.

Instante hora coenae rursus laute viximus nec quisquam mensae Archiepiscopi, praeter eos qui in comitatu Wilhelmi fuerant, assiderunt. Potatum quidem est largius, ita tamen, ut modus adhiberetur.

A coena Archiepiscopus Wilhelmum comitem ad currum usque deduxit. Inde et nos Archiepiscopo valedicentes, rogabamus ut quod comes Wilhelmus nostri nomine ab eo petierat praestare vellet, spem bonam dedit. Conscensis igitur equis, Augustam repetimus. dum autem ad Wermitriem amnem venimus, rusticus quidam nobis obviam venit, praemanens vada fluminis exundatione aquarum dirupta esse, nam cum ea die coelum sudum esset et solis splendor acrior Alpinae nives solae confectae in Lycum diffluentes, in coeteros fluviolos, se exonerarunt, et intra parvum hoc temporis spatium, quo in Velberg agebamus flumen exundari fecerant. Igitur comes Wilhelmus è currum et nos reliqui equis descentes, familiam alia fluminis vada quaerere iussimus ipsi pedestri itinere Augustam usque ocreati contendimus.

Rex Ferdinandus et filius eius Maximilianus Archidux Austriae, ob salubritatem aëris in rus ierant, quos et obequitantes vidimus.

Arcis Velburgi situs amoenissimus est, qui scilicet Augustam versus, ob camporum planitiem iucundissimum prospectum habet ex alio latere

Cum sit super collem ædificata monticulosa est hortis et viretis intens, non procul à Sylvis regis, quæ ferarum feracissimè sunt.

Est et ad declive montis in planitie templum diuæ Redigundæ sacrum, quæ isthæc à rusticis colitur, apud quod olim Ferdinandus Rex à Carolo fratre Austriæ ducatum in foedum accepit, et ab eodem in Archiducem auguratus est. Quare et magni triumphi ibidem ante annos octo et decem habiti sunt.

Augustani venientes in domo comitis Wilhelmi, Ernestus à Schaumberg, Philippus et Samuel à Waldeck una erant. Post repotia veniam petentes, Waldecia in hospitia sua petunt;

Nota de contentione inter Hacum et Iostum me absente habita.

Domina princeps ad Landgravium maritum missa dicitur.

Verla Westphaliæ et alia aliquot loca Dioceseos Coloniensis ex conflagratione domuum, maxima incommoda perpessa sunt.

Archiepiscopus Coloniensis septingentos florenos intra septimanas viginti, pro aromatibus et condimentis expendit.

Ketteler nobiles cis Renum Archiepiscopi coloniensis in Westphalia Archicamerarij sunt.

10. Iunij in templo Mauritij hora consueta decantata sunt, cantica sacra et potissimum, quæ ad animandam plebem Christi in hisce temporibus facerent. Qualis est. Nisi Dominus erat in nobis

dicat nunc Israel, item Deus refugium et virtus et
oratio Dominica praphrastica etc. Deinde minister
Ecclesiæ pro suggestu capit 18 Mathei prælegit. Ita
bita deinde confessione publica, et obsecratione
pro ordinibus Ecclesiæ etc. Post hæc D. Musculus
ex cap. Johannis 15. hæc verba repetiit. Non
post hac vos dico servos, quia servus nescit quid
faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos,
quia omnia quæ audivi à patre meo, nota feci
vobis etc. Primo igitur ait in memoriam revocanda
antecedentia dicta, nimirum quod Christus dixe
rit, Præceptum dedi vobis, ut diligatis vos in
vicem, et quod eis se ipsum huius præcepti ex
emplum præbens, inquit, sicut ego dilexi vos,
et quamvis non vulgari dilectione eos diligeret, ex
ec patre, quod dicit, maiorem charitatem nemo
habet, quam ut animam suam det pro amicis
suis etc. Quod ipsum et ipse opere postridie eius
diei præstitit. Item quod non solum discipulis
sed nobis omnibus præceptum charitatis dedit.
Item quod non sit difficile præstare charitate,
infirmos visitare, corpora nudos vestire, esu
rientem cibare, sitientem potu refocillare,
et si quid eiusmodi simile est, verum omnibus
his maius sit, animam pro amico posuisse. Ite
quod si sic necessitas charitatis christiana
exigat, nè et nos imitari Christum in hoc de
tractemus. Item qui fiat, ut Christus Apostolis
dicat, post hæc non dico vos servos in tamen

post resurrectionem et ascensionem christi, Paulus
de se ipso scribit: Paulus vocatus, Apostolus et servus
Iesu christi, sicut nec non Iohannes in Apoc: de se
ipso loquens. Iohannes servus Iesu christi etc. Adde
his quod christus Apostolis, quanquam eos amicos vo-
carit, praecepta dederit, cum tamen percipere non
sit amici sed Domini. Sed hanc huius rei solutionem
esse ait Musculus, quod christus Apostolos non ser-
vos dicat. Sed quamvis sint peccatores et infimae
sortis homines, tamen pro amicis, non pro servis
ducturus sit. Exempli causa: Si quis herus habeat
servum, cui ex animo bene velit, ac unice diligat,
ac illi secreta sua concredat, non tanquam servo,
sed ut amico, licet servus sit etc. Merito autem A-
postoli Iesum Dominum vocant, etsi ipsi se ipsos ser-
vos dicant, licet ab eodem amici vocentur. Nam
tametsi christus eos amicos dixit et optimo iure eam
dignitatem, magni momenti ducere debebant, non
autem hoc sibi ipsis elatiores evadere, vel supercilia
erigere debebant etiamsi praecepta christi serva-
rent, iuxta illud. Cum feceritis omnia, quae de-
buistis facere, dicite servi inutiles sumus; Esto
enim quod simus amici et fratres christi, tamen
non sumus natura filij, sicut is est, qui est primo-
genitus patri vero adoptici sumus, Deus qui nos
ducet pro filijs, si christi praecepta observamus,
si noctu diuq in hoc ipsum instemus, nobis autem
his non ita blandiamur, ut relicto verbo, et inter-
missis praeceptis christi belli nobis homines vi-
deamur, ut haec christianissime et doctissime

Musculus concionatus est etc. Ad idem exempli hor-
tatus est quoque servos, si qua Dominos commodiores
nacti fuerint, qui eos bono animo tractent, ne mox
ex hoc superbiant, saginatique recalcitrent. Item
Dominos iuxta praescriptum Pauli hortatus est,
ne servos ut mutis mancipijs utentur, sed memine-
rint, et se Dominum in coelis habere. Item multis
de eo dixit, quod Dominus ait, quia servus non scit
quid faciat Dominus eius hic munus frugi servi esse
descripsit, fideliter haero suo inservire, praeceptis
eius obedire, non curiosum esse, nec quid Dominus
suus agat inquirere etc. Amicorum autem longe
aliam esse rationem, nam horum interest facta
amicorum scire etc. Item qui fiat ut christus
dixerit omnia quae audivi a patre meo annunci-
avi vobis, cum scriptum sit ipsum post resurrec-
tionem discipulis aparuisse sensum, ut agnosce-
rent scripturas, et ante hac etiam dixerit;
Spiritus ille paracletus docebit vos omnia et
vos in omnem veritatem inducet. Hunc nodum
ita dissolvit, Dominum non omnia aperuisse
discipulis, sed ea duntaxat, quae illis sufficien-
tia ad salutem essent, et non concernerent
voluntatem patris de incarnatione filij et re-
demptione salutis etc. Apostolos quoque non om-
nia scivisse, sed ea quae ad opus redemptionis
facerent, nam cum interrogarent Dominum, num
in tempore hoc restitues regnum Israel?
Responsum acceperunt non est vestrum nosse
tempus, et articulos temporum annotavit et hic

de morbo curiositatis humanae, quae fere omnibus mortalibus sit peculiaris, quia quod ea quorum inter est, nostra scire contemnimus, et omnia quae supra nos sunt, maxime scire avemus, vel avidi sumus, quod et discipulis Domini accidisse aiebat, qui parum solliciti de ijs, quae Dominus decuerat, contentionem de primatu subire, quaerentes inter se: quisnam in regno coelorum maior futurus sit? Sed retulerunt hij responsum ab Domino, quo satis eorum ambitiosam curiositatem redargutam constat. Et post multa hac coronide concionem clausit. Nihil esse audivisse verbum nisi intus in animo spiritus sanctus gratia auditum vegetetur, et foveatur. Adduxit et exemplum Deiparae virginis, quae cum audisset ab angelo: Gratia spiritus sancti obumbravit te, et quod nascetur ex te sanctum, filius Dei vocabitur. non mox ipsa superbior reddita est. Sed se submittens ait. Ecce ancilla Domini etc. Cum tum nihil dubitaverit, se futuram matrem Jesu christi. Item exemplum Abigail: se non extollentis cum mortuo suo marito Nabal a Davide in consortem regni accerseretur, sed humiliata ait. Ecce sit ancilla tua famula, ut lavet pedes servorum Domini mei etc. 1 Samuelis 25.

Liborium ante meridiem non vidimus.

Quaestio de aequalitate computacionis.

Eadem hora tertia pomeridiana Dns Johannes Henricus in templo Mauritij ex cap: 14 Epistolae ad Romanos, de delectu ciborum concionatus est. ostendens ecclesiam romanam ex judaeis et gentibus collecta

in articulo de iustificatione concordem fuisse, ita
ut unam fidem, unum baptisma, et unum Deum pa
trem Domini nostri Iesu Christi haberent in Indiae
sic autem inter ipsas coortam contentionem etc.
quam d. Paulus ita composuit, ut supra eiusmodi
non concertandum doceret, docuit itaq; quam nox
res sit, de ijs rebus disceptare, quae fidem vel p
rum aut nihil concernant, cum Domino cuius omne
servi sumus, et ante cuius tribunal omnes statue
mur, haec diiudicanda sunt, nec obticuit, quomodo ij
qui libertatem Evangelij hoc aevo non aspernantur a
adversarijs et contemnentur ac tractentur. Item
quod hij qui Evangelio sua nomina dedisse videri
volunt, noctu diuq; commessationibus inhiant, n
hil donorum Dei, cum gratiarum actione suscipe
Adducens exemplum divitijs Evangelici, qui quotidi
splendide opulabatur. Item iubens orare Deum, ut
nobis dona sua, cum gratiarum actione suscipere
et ijs frui ad nostram et necessitatem et nominis eius
gloriam, largiri dignetur idq; per Christum Amen
Liborius cum Hoxerianis pransus est.
Comes Wilhelmus rursus Velbergam abierat.
Hoc die in causa nostra desidendum erat.
Reddidi Liborio notulam capitulationis ut cum ea
Seldum repeteret.
Eadem coenatus est nobiscum Henricus Moos et
Ioachimus Hagk.
Inter coenandum Henricus ab Etzdorff a socrue
uxore missus supervenit, literas quoq; nobis ab
ijsdem deferens.

Et Dorfium Iohannes frater noster in Forchennio invenerat, qui et per hunc nobis rescripsit.

Conradus à Schonstadt iuxta Harlinger Henrico obviaverat.

xi. Iunij D. Iohannes Henricus ex cap: 14 ad romanos hunc textum legit, nullus enim nostrum sibi ipsi vivit, et nullus sibiipsi moritur. Nam sive vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur. Sive igitur vivamus, sive morimur Domini sumus. In hoc enim Christus et mortuus est, et resurrexit et revixit, ut mortuis ac viventibus dominentur. etc. repetijt primo, quæ hesterna die docuit. deinde ait. Utinam probè hæc Apostoli verba perpenderemus, et verum ac unicum Dominum nostrum Iesum Christum agnosceremus, recogitantes, quod is cui obedientiam præstare tenemur et non ita invicem, nos de rebus frivolis iudicaremus. Perpaucissimi enim ex nobis sunt, qui causam passionis et resurrectionis Christi, quam hic Paulus ponit, considerant, nimirum quod Christus ideo in hunc mundum venit, quod nos redimens vivorum et mortuorum dominaretur. Taceo inquit nobis obveniat de secundo fidei articulo. Et in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum, qui nos tam chare comparavit, non sanguine vitulorum et hircorum, sed suo ipsius precioso sanguine, ut ex Paulo ad corinth: ex Epistola D. Petri prima liquet. Sic quoque baptizati sumus in nomine patris et filij et Spiritus sancti. Hic Dominus Iesus datus est nobis pro advocato 1. Ioan. 2. et unica mediatore. Hunc ob reverentiam suam

orantem pro nobis pater exaudijt, et quotidie exaudi
nec sunt præter hæc alij vel mediatores vel opitula
tores. Ipsum igitur iure optimo nostrum agnoscamus
esse, huic serviamus, non solliciti de cibo et potu
qualis is sit, sed demus operam, ut sobrie cum gra
tiarum actione præterq; proximi offendiculum sum
tur, huius enim Domini sumus, sive vivimus sic
morimur. De hoc autem solliciti sumus, quo ita vi
tam instituamus, ut coram huius summi iudicis
tribunali consistere quæamus. Dixit et plura in
hanc sentiam etc.

Eadem Archidux Maximilianus, Ferdinandi roma
norum regis filius, primo inter tertiam et quarto
horas antemeridianas hinc ab Augusta Lansburgum
in Hispanias profecturus abijt. Quod Deus opt: max
et optimæ spei adolescenti et germaniæ bene for
tunare dignetur. Est enim principe dignis moribus
homo, qui et pietati non adversari videtur (sed proh
dolor) periculosam profectionem invitus ipse subire
dicitur. Sic ferunt fata Deorum, ne quid bonicha
beat Germania. Deducat et reducat eum Dominus
et ab Iberorum fraude et incredulitate conservet.

De pecunia, pro qua comes Wilhelmus de Henneberg
scribsit Noribergam, nihil actum, et Etzdorff literas
remisit.

Eadem Liborium misimus ad comitem ab Anaxone,
ob literas ad Marchionem Albertum, et causam eius
Coloniense.

Coloniensis sub vesperam in urbem reversurus
dicitur, et redijt quoq; eadem.

Intra portam urbis quam rubeam appellant, et pomoeria in propugnaculis quibusdam, super insignijs Caes: maiest: et urbis Augustae, in saxo hac Epigramma incisum legimus.

Aurea libertas haec propugnacula fecit
Hosti ne fiat preda cruenta fero.
Sic tamen ut nomen Domini fortissima turris
Rideat insultus tormina tela faces
Nam nisi sit Dominus noster fabricator et urbis
Qui struit et vigilat nil nisi vana facit.

Nunc libertas Augustae ferè straminea est, si ut ceptum est progrediretur.

Eadem Dido à Kniphausen nobiscum coenare voluit, sed nescio qua de causa domi remansit.

Eadem libros octo praecationum sacrarum, pro aureo uno comparavimus. Chronicon item Caesareum Appiani, pro quinque florenis aureis. Testamentum novum pro septem batzis, der Leyen Bibel pro quatuor Batzis emimus.

Per Iohannem Milchlingium comiti à Nassau literas ad Marchionem Albertum transmittendas in causa Dalwig deferri curavimus.

Eadem Henricus Krafft adduxit Mathiam Zelner, è famulitio mercatorum der Krefftr. is mecum collocutus, de invisendis mineris in Eisenbergiaco monte non procul à corbachio convenimus, ut nos idem Mathias in comitatum nostrum tempore oportuno subsequatur.

Coenati sunt nobiscum magister Sebastianus Glaserus et Iohannes Kratzenberger Archiebiscopo treverensi à poculis.

Wolff Haller ab Hallerstein in inferiori germania ex
Civitatibus Saxoniae, nunc Caesari eam quam adhuc
ex pecunia defensionis (ut vocant) debebant pro subsi-
dio contra Turcam.

Idem Haller ait, civitates Saxonicas et eas quas Hanse
vocant. Oceano germanico proximas ob INTERIM illu-
tumultuari.

Orat: Exurge O Domine, et eum quem dedisti legislatorem
cui omnia in manus contradidisti. Iesum christum
Dominum nostrum fac dominari in medio inimico-
rum suorum, ut sciant tandem reges et principes, quod do-
mines sunt.

Eadem nobis indicatum est, per homines non minus
pios quam doctos, quomodo se ipsum Iohannes Isleb
titularit, et quam sibimet domo bellus visus sit, de-
sciscens a veritate in interitum, trahens secum om-
servos eius INTERIM.

Dicuntur ad huc centum nobiles ex cattis et alijs
tionibus accersit, qui pecunia mulctabuntur, qui
propugnatoribus veritatis militaverint.

Quidam Italus, hactenus qui primas post decem de
Alba in exercitu Caesareano dicitur tenuisse, capti-
vus adductus est. Qui cum ab Italis offando et consu-
lando reverenter hic habitus sit, iam iussu im-
peratoris prorsus omnibus prohibitus est ad ipsum
accessus. Et Itali huius pede catenis constricti dicitur.

Nota de Iohanne Ungnaden equite Ungarico dice-
batur, quamvis non infimus consiliariorum Fer-
dinandi regis sit, tamen conciones Ecclesiastarum

Evangelicæ professionis frequentare ac palam apud semideos Aulicos veritatem defendere: propter quod et brevi missionem habiturus audiet. Procul ab hinc qui vult esse ~~Deus~~ pius.

Eadem Doctorem Udalricum Mordeisen convenimus, ab eo edocti. Ducem Mauritium nihil consiliarijs suis Augustæ post se relictis de nostra causa commisisse, eosdemque paucos dies, post hinc abituros.

A coena Marchscalcus Luderitz nobis retulit. Marchionem Electorem pollicitum, se et nostri mentionem apud Cæsarem fieri procurasse, et adhuc ut idem fiat iubere velle

Fratres nostri apud comitem de Nassau et Doctore Carolum Harst parum consilij reperere.

Eadem apud Conradum fabrum, in usum socrus, horologiolum fabricari curavimus. Constabit quinque florenos monetæ communis.

Conradus Foss, Johannes Leidebur, Franciscus Leunick, de summa pecuniæ, cum Cæsareanis Harpijs convenere, tam lucrosa res est. Imperatorijs bonis inservijsse.

12. Junij in æde Mauritij Wolfgangus Muscubus hæc verba ex cap: 15. Johannis legit. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et constitui vos, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester ~~maneat~~ maneat, ut quicquid petieritis patrem nomine meo det vobis. Deinde eadem verba, peculiari quodam spiritus sancti dono, explanavit dicens, hic animadverti debere, quod christus animo et præcede

tia et hac dixerit, nimirum ut discipulos in mutua
dilectionem attraheret. Exemplo et exhibitione
Charitatis sua erga ipsos etc. Ait quoque D. Augus-
tinum hunc locum quidem de universali electio-
ne, omnium Christi fidelium, et Electorum Dei
ad vitam beatam intelligere. Sicut et D. Paulus
dicit: Quos praedefinierat, hos et vocavit, et quos
vocavit, eos et iustificavit. etc. Sed ait Muscu-
lus qui locum hunc respicit, facile intelligit, hic Chri-
stum de peculiari vocatione et Electione Apo-
stolorum loqui, quos in hoc elegit et constituit
ut Evangelium annunciarent, quod et indicatur
verbo: eatis: Apostolus enim legatus sive nun-
tius dicitur. Et hic rursus consideranda est
bonitas summi et maximi Dei, qui Apostolos
nihil tale affectantes, nihil quaerentes, de gra-
tuita sua misericordia, ad hoc muneris et tan-
tam dignitatem elegit. Ulterius autem ait Muscu-
lus, Dominum hic loqui de electione eorum de
quibus Paulus dicit, Quosdam autem Apostolos
quosdam Evangelistas etc. Qui vocante et urgen-
te Deo ipsis invitis Evangelium annuntiare voca-
tur. Non inquit, qui accepta pecunia, accurrunt
ac manus unguento unguntur, ut bene sit ven-
tri etc. De quibus propheta ait. Currebant
et non mittebant eos. Ait enim hanc elec-
tionem, etiam ad nos coeteros applicari posse
Cum Deus nos antequam etiam expetierimus

antequam de hoc cogitaverimus, de mera sua boni-
tate, et etiam antequam nati essemus in Christo ele-
gerit. Iustum igitur et æquum esse, ut ipsi in omni loco
Dominationis suæ, gratias de tantis beneficijs agamus
ut consensum nostrum in dilectionem et observantiam
Christi præceptorum demus. Adducens huc ex Deutero-
nomio Mosem contestantem populum. Testes vos ipsi ho-
die estis quod elegeritis Dominum etc. Sic et nos mo-
nemur meminisse, nos consensum in dilectionem Do-
mini dedisse, neq; unquam à Domino Deo nostro nos
repedare debere etc. Ut feratis fructum etc. Hoc
est munus Apostolicum, ut verbo populum ad Christum
alliciant, et fructus operum charitatis in observan-
tia præceptorum Christi afferant, ne laborent in-
vanum etc. Hic multis ostendit, quomodo fructus
Apostolicæ doctrinæ, à tempore prædicationis Christi
usq; in hodiernum diem, sub tot persecutoribus, inter tot
Tyrannides, tribulationes, ac hæreticorum errores, per-
manserint. Nam licet inqt, Ecclesiæ quibus Apostoli ver-
bum annuntiaverunt, ad quas Paulus, Petrus, Iacobus
et Iohannes etc. Epistolas scripserunt. Ubi sunt nun-
quid non sub Mahemetico regno, et tamen inter tot
rerum vicissitudines, fructus Apostolicus adhuc su-
perest, et Apostoli quod in Ecclesia Israel agro Domini, Pa-
triarchæ et prophetæ seminarunt, in verbo Domini, licet
populus iudaicus, prophetas persecuti sint, occiderint
et eorum nomina delere conati sint, messem fecerunt
et in hordeum Domini reportarunt, tulerunt quoq;
Apostoli Domino fructum ex gentibus quibus de sunt

nos, inqt etiamsi hic per Patriarchas et prophetas non fue-
rit seminatum in verbo Domini. Apostoli quoq; è mundo
sublati sunt, et tamen hodie Apostolica doctrina viget,
et fructus eorum inclinita orbis terrarum universa
germinant: Et ut Eliae tempore Deus sibi adhuc reser-
vavit septem millia in Israel, qui genua coram Baal non
flexerent, ita et hac aetate, bona nos spes manet, aliqu
adhuc superesse Christianos. Necesse est enim ut cum
Christus venerit aliquam adhuc fidem reliquam futu-
rum. Qui enim fieret Paulum dicere nos qui reliqu
erimus, non praeveniemus eos qui dormiunt. Sed mor-
tui suscitabuntur, nos verò immutabimur, et cum
Domino rapiemur in aera etc. Item Christus dicit
ubi duo erunt in agro uno, unus assumetur et alter
relinquetur etc. Loquutus est autem de his rebus et
hoc fructu Apostolico, et quomodo ut cunq; sevientio
tyranni deleri non queant, ea spiritus gratia ut
pijs corda prae laetitia gestire visa sunt. De eo an
quod Christus ait: Quicquid petieritis patrem in no-
mine meo, dabit vobis. Ait se proximis concionibus
satis superq; docuisse. Huc autem nobis respiciendum
ut in observantia et consensu electionis Christi per-
severantes, animos nostros in promissiones Christi
figamus, et oremus iuxta voluntatem Christi, tamen
in nos à patre exauditos iri. Nec opus esse hic
sollicitum esse, de invocatione aliorum patronorum
aut de hoc re disputare, ac eorum orationem per
Christum nobis praescripta luce clarius liqueat, ad
quem orare, et quid petere debeamus. Item Dominus rex
et liberator noster Iesus Christus, mens et imago

patris eiusdemq; filius unicus et dilectus, qui cum ipsemet sit veritas, et verè dixit, et hactenus fructum Apostolicum permanentem conservavit, is nobis et auxilio et præsidio esse velit, hunc puræ doctrinæ fructum inconcussa fide et charitate, usq; ad extremum vitæ halitum præsentiamus nil conterriti tot Tyrannorum nimis et persecutionibus nè priorum doctorum traditionibus nec quoq; hæreticorum erroribus seducemur, quo adveniente ipso Domino, cum cæteris electis ipsi obviam rapiemur in aera cui nunc et in perpetuum cum Deo patre et sancto spiritu omnis sit laus honor et gloria.

Eadem comparavimus nobis libros duos ænigmatum, quos Hadamarius et collegerat et carmine reddiderat pro duobus batzis. Unum Etzdorffio alterum Samueli nepoti dono dedimus.

Liborium ad Selcum, Milchlingum ad Luderitzum misimus. Sed ambo domo abfuerant.

Samuel nepos apud Anaxonem cum quibusdam Electoribus coenatus est.

Liborius luxuriei suæ illicitæ Heteroditum quoq; caput addidit.

13 Iunij in templo Mauritij invocato numine divino Musculus hæc verba legit. Iohannis 15. Hæc præcipio vobis ut diligatis vos mutuo. Si mundus vos odit, scitis quod me priusquam vos odio habuerit si de mundo fuissetis, mundus quod suum est, diligeret quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus etc. Hic docens Christum Dominum ijs verbis discipulis idem voluisse indicare, quod prius eos monuerat. Iam tertio

illis praecipiens ut mutuo se diligerent, deinde quod cogita-
rent, quod eos absq; omni eorum vel petitione vel merito
eligerent. Ne igitur ob christum Dominum, à mundo perse-
qui detrectarent, cum scirent ab initio mundi semper
prius ab adultero hoc mundo pessime et acceptos et habi-
tos, ut exemplo sunt tot prophetarum mortes et clade
piorum. Dicit itaq; si mundus vos odit, et vocula (odium)
inquit Musculus est oposita dilectioni et res quaedam
ferventissima, qui alium non aeque amat is tamen nihil
mali in eum molitur, aut cogitat. At qui odit is omnes
animi nervos in hoc incendit, si qua quem velit periisse
malo afficere possit. Ne autem ob christum odio haberi
discipuli acerbius quid ducerent, Dominus addidit. Scit
quod me prius odio habuerit mundus. Sicut et christus
alias dixit Iohannis 7. Non potest mundus odisse vos, me
autem odit, qui testimonium foro de illo, quod opera eius
mala sunt. Vocarunt quoq; eum Samaritanum, et qui do-
monia eiiceret in digito Beelzebub principis daemoni-
rum acclamant etc et quanam de causa ita odio fuerit in-
do videlicet ob veritatem. quae profecto illi acerba est.
Nam quod christus leprosos mundaret aegrotos sanare
aquam in vinum mutaret et eiusmodi omnia mirac-
la ferre potuerunt. Se vero corripi et cicatrices ut
cerum refricari et annuntiari veritatem sustine-
non poterant. Perinde ac hodie videmus evenire
omnias ceremonias quoscunq; cultos divinos mundus
suffert. Quod autem ex verbo Domini veritate illis
loquimur, hoc concoqui crudus mundi stomachus

nequit. Sententiam quoq; sancti Cypriani adduxit, qua de
monstravit, quam facile homines veritas offendat, (sed ea
capere non potui ob strepitum tympanorum, nam sub con-
cionis horam, semper fere eiusmodi quid fit) Sed dicas for-
te durum autem est, à mundo prosequi? praesertim cum
nihil mali meritus sis. Sed certe nimis delicati esse ve-
limus, si odio haberi nolimus. Posteaquam Dominus ipse
et salvator noster, tam parricidiali odio à mundo prose-
quutus fuerit. Sitis dicit Christus etc. Quia ipsi Apostoli
auriti et oculati testes erant, quomodo Dominus à mundo
exceptus fuerit. Dum autem mundum dicit, non hos
vel illos homines, non hunc ordinem aut istum statum,
sed omnes in universum homines comprehendit, qui-
cunq; non ob christum mundo, et concupiscentias eius
renuntiant. Vult enim christus quia nos elegit, se
mundo à nobis non post haberi. Videndum enim nobis
est, ne hic iuxta D. Petri monitionem, haec à mun-
do ob nequitiam nostram iusto odio digni patiamur, tunc
enim vana et frustranea gloriatio nostra foret. Sed quae-
rere quispiam posset. Cum christus dicit: Vos odit mun-
dus: an hoc dicto etiam velit pontifices et optimates
mundi sub nomine mundi concludi. Respondeo mere-
tricibus et publicanis, quodammodo melius cum christo
convenisse, eo quod haec hominum genus et peccata
sua et medicum animarum suarum, christum citius
agnoverit, pharisaei vero et proceres iudaici apertissi-
mo odio hunc prosequuti sunt, ut etiam Evangelista
Iohannes de pilato Ethnico dixerit, sciens qui propter
invidiam eum tradidissent, haec igitur scientes, ait
Musculus, animos nostros obfirmemus, cum haec A-

postolis, Patriarchis, Prophetis, et Domino Christo ip-
so acciderint. Si aliquando et in nostrum sinum influant
ne agre hoc feramus. Sed eum qui nos prius elegit, et
quem mundus prius odio habuit, imitemur obedient-
iam illi prastemus, et a confessa semel veritate non
recidamus. Quod nobis faveat Deus pater per filium
suum Iesum Christum Amen.

Eadem Wilhelmum Comitem a Nassau in hospitio
Archiepiscopi coloniensis alloquuti sumus, qui ait se
Archiepiscopum nostri ergo convenisse, et illi non
prater rem videri, si ad prandium adessem, nam
ipsum quoque futurum eo. Prandio igitur colonien-
sis, praecipue eius mensa assidebant, Abbas a
Weingarten A Gerbicus, Wilhelmus comes a Nass.
Eubulus, Otto comes a Schaumberg, Conradus a
Beumelburg eques, Baro a Schemberg, qui Marsch-
cus Caesaris dicitur, Vitus a Velberg.

A prandio Dor Rubillius Blick provincialis Ca-
melitarum, ad nos venit, interrogans, nunquid
me Ratisbonae vidissent, primo respondi me nescire
posteaquam autem eum urgere audivi: an non col-
loquio interfuissem. Si tu es ille iniquus aequus (at-
tusi enim ad cognomen eius) fui is haec et te quoque
vidi, nec abnego me ibidem fuisse nec poenitet,
Bilchium autem interrogatus sum, qui fieret quo-
modo macer esset, cum Ratisbonae oboesus fue-
rit, et nunc totus ater cum tunc nigra cucullae can-
didam clamidem superinduxerit? Respondit semper
in peregrinatione esse, et non solere candido ves-
tiri, nisi in gravioribus ~~vestris~~ versaretur. Sed

antequam sermo inter nos longius progrederetur, maturè comes Wilhelmus missionem ab Episcopo petijt, quem otio subsequuti sumus. Hunc honorem, cum me ad primas pontificias calefacerem tum reportavi.

Ottonem et Ernestum comites à Schaumberg fratres germanos Archiepiscopi. Henricum comitem à Liningen, et Wilhelmum comitem iuniorem à Witgenstein, ut coenae nostrae interesse dignarentur rogavi.

Liborium in fritillo ludentem interrogatus sum dum oportune in alea tres notas stare diceret num his contentus sit, nam heri gloriatus fuit de tribus equis.

Eadem hospes noster à nundinis Nordlingensibus reversus est.

Comes à Nassau ait, Archiepiscopum bona adhuc polliceri, verum non obruendum esse.

Eadem quinque insignia peditum (ut more Germanico loquar) quae Caesari iam per duos integros annos stipendio meruerant, rursus in menses sexiurarunt.

A Prandio Etzdorffium in hortos amoenissimos viti Wittich, duxi.

Landgravia noctes tres apud principem maritum commorata est

De Landgravia, detractores, et nugivendi rumorem sparserunt, eam Augustae commessationes repotia nec non et choreas agere. Sed novit inspector cordium et non pauci quam luctus delitias prohibeat.

Perpauci Germani iam considerant, quam papistae animo gestiant, urbem Augustam, ex qua primum confessio ut vocant protestantium prodijt sub dominatione nefandissima Tyrannorum Romanensium nunc palpitantem agere.

Eadem Hottonem et Ernestum fratres germanos Archiepiscopi coloniensis Wilhelmum comitem à Wittgenstein, Martinum Baronem de Schwartzenburg, Didonem de Kniphausen, Iohannem comitem à Rechberg conradum Foss de Devoldia Liborium à Monichausen, et N. Massgrel. N. von der Horst, Magistrum Sebastianum Glaserum, Dominum Philippum von der Bruggen legatum livoniensum, Henricum Moss, Ioachimum Hackum, et Secretarium quandam marchionis Electoris, Eubulus, Philippus et Samuel Waldeciae comites, convivio exceperunt 14. Iunij Iohannes Henricus in templo Mauritij ex Cap: 14 Epistolae ad romanos. Tu vero cur iudicas fratrem tuum? Aut etiam tu cur despicis fratrem tuum, omnes enim apud tribunal statuemus Christi. Scriptum est enim. Vivo ego dicit Dominus: Mihi sese flectet omne genu et omnis lingua confitebitur Deo. Igitur unusquisque nostrum de se ipso rationem reddet Deo ne posthac igitur alius alium iudicemus. Igitur principio dixit, quo pacto Paulus hanc disceptationem in Ecclesia romana ex Iudaeis et gentibus ut iam saepius dictum est, collectam non de articulis Fidei, sed de ijs qui sine peccato, vel omitti vel fieri

poterant, tollere voluerit. Primo Iudaeum corripiens
ait: Tu vero ne iudices fratrem (quasi dicat) si liber-
tas conscientiae tibi suadet, commedere ea quae in lege
communia vocantur, quare non commedis? Si autem
non potes adhuc prae infirmitate fidei oleribus vescere,
et ne iudices eum, qui christo vivens quibuslibet
vescitur. Nihil enim haec ad salutem faciunt. Deinde
et gentilem coarguens inquit: Tu cur despicis fra-
trem? (quasi dicat, num oblitus est esse fratrem Iudaei
confitentis christum? cum et is aeque ac tu in numerum
Electorum ascitus sit, nunquid non tibi frater est in
Domino? nunquid uterque vestrum solummodo morte
christi salvabitur? an magni aliquid defecisse pu-
tas? si carnibus et cibis vetitis vesci noveris?
parvi Domino interest, quos cibos manducas, aut non
manducas. Sed hoc requirit a te, ut donis et datis
cum gratiarum actione fruaris etc. Ac potius
animo tecum recolito, quod pro temet ipso Deo ratio-
nem redditurus sis, et coram tribunali christi sis-
tendus sis, ubi cum steterimus in die illa iudicij
is verus scrutator renum, cui patent abscondita
Cordium, facile omnia diiudicabit, proferens qua
fide singuli singula fecerint, tum dico, cum agnos
ab hoedis dividet. His dicet; venite, illis, ite, is-
tis scilicet, qui nunc omnia diiudicant, ac velut
hirci corrupta passim obvios quosque petunt etc. Et
debemus profecto fratrum infirmitatem sustinere
in ijs quae contra fidem non fiunt. Non enim peri-

culum est his vel illis cibis vesci, sed cum turconibus, helluonibus, moechis, commisceri, hoc peccatum est. Adduxit et locum Pauli, ex corinthijs prima epistola ~~ad corinthios~~ cap: 8. Ait autem si in ἐδιοχοχίς religio consisteret. profecto frustra Christus est mortuus. Missa igitur faciamus ista iudicia et demus operam, ut fide et puritate cordis instructi, supremo illi iudici rationem reddere queamus. De reliqua textus parte ad diem Sabbathi se dicturum recepit.

A concione Samuelem nepotem nostrum, ientaculum in hospitio sumentem reperi, et mox sub hora nona eundem ad Lijci usque fluenta profecturum in patrium deduximus. Prosperum iter, et omnia fausta illi precantes, iniungentesque patri Philippo nostri nomine dicere, ac eidem quod nuntius quem ante discessum suum amandaverat, nondum reversus fuerat, aureos viginti mutuo dedimus, Waldeciae recepturi (quod et bona fide factum est) Rogavimus quoque eundem ut uxoris nostrae et filiolae, et catharinae, cuius Baptismatis susceptor fuit, cum tota dinostia nostra sibi commendatum esse velit. Obtulit praeterea tum per Iohannem Haken illi a secretis, quam per semet ipsum, si summa pecuniaria quam Caesar a nobis exigeret, minui non posset, nec patrem nec se mihi defuturum, quo levius ea summa corraderetur. Praeter haec petijt, ut omnibus viribus in hoc incumbere velim ne qua comitatus

noster durius premeretur, aut in Capitulatione (ut vocant) quid me facturum reciperem, unde libertati nostra vel privilegijs, aliquid periculi esse posset. Rogavit quoque cognatus noster, ut comiti à Nassau pecuniam, quam huc missurus esset, taleros (si recte memini ducentos, offerrem, eidemque eius nomine gratias agerem. Hac omnia libentissime me facturum recepi, modo quid precibus obtineri posset respondit pro virili agerem, sin minus, illi certo persuasum esse, patrem suum aeque in omnia, quibus me astricturus essem, consensurum quoque. Obnixe et fratrem nostrum non minus ac me deprecans, ne quam vel eius vel patris mentionem faceremus. Respondi quae res ferebat. Christum rogans ut hospitem ipsum ad nostros deduceret. Augustamque repetij.

Astronomicum Caesareum Apiani, Hermanno Nellio tradendum, nepos noster secum apportavit. Quos secum ex paterna familia Augustam adduxerat, omnes Christo gratia, incolumes secum abduxit. Licet Ditmarus ab equo calcitratus fuerit. Helvetium vero illi à pedibus, ante dies aliquot liberaliter dimiserat. Deducat illum Samuelem Angelus Iacob et beatum illum faciat Dominus, ut suis sit in patria pater, et in virum iuxta cor Domini evadat Amen. Eadem Liborium vigilium rursus convenire iussimus, et ut Doctori Seldo notulam illam reportaret.

Hac die primum ex Etrdorffio audivi, caballum

meum, quo ipse vehi solebam, visum amisisse et alium Herenbreitingen pene à furcifero quodam furatum fuisse, qui cum in equo erraret misellij cuiusdam Aurigæ equum, cum meo lupato freno et ephippio phalerisq; abduxit.

Conradus Foss Cæsari duo millia et quingentos aureos monetæ currentis in mulctam dabit.

Eadem quendam olim è Dania fugatum Episcopum in constantia urbe et Iunden, qui à septima antemeridiana, ad duodecimam tantum eius diei ægrotans expiravit. Cui beatam resurrectionem et propitium Deum precamur.

In Dominicum Augustæ deportarunt, nescio quas ceremonias funebres, super eius exuvias celebrantes. Quibus peractis, funus in locum Secretiorem, cum Sarcophago seponentes, ac postea Sarcophagum Currui imponentes illud iuxta constantiam humandum deportarunt.

Fuit hic Episcopus nomine tantum, nec unquam Episcopatum suorum compos fuit. Verum aliunde gratia Cæsaris redditus aliquot habuit, Aulam Cæsaris secutus, cui olim gratissimus fuit, nisi Grandevelæ, ne suam autoritatem amitteret, eum aula amovissent.

Eadem Florus Viglium, Seldum et omnes fere consiliarios imperialet allocutus est, quorum fere eadem et una erat sentia, metuere se, Imperatore

de imposita mihi summa nihil minuiturum, Quin et Doctor Hase, Atrebatensi, me non nisi quartam parte comitatus, et eam per novercam egregie oppignoratam, mihi solam reliquam esse, indicaverat. Dixerunt quoque consiliarij, summam quam ipsi nobis imposuerint, multo tolerabiliorem esse: Verum illis clam esse, quo vel instigatore, aut quam nam ob causa Cæsar per se summam tam iniquam à me exigeret, nam quicquid ageretur, id Cæsarem in propria persona statuisse. Adde quod Viglius præ cæteris mei mentionem faciebat et me præ cæteris in milita infestiorem ostendisse.

Coloniensis eadem Cæsarem adijt, pollicitus se nostri apud eundem mentionem facturum, quod etiam credo. Dum Samuelem deducerem, Comes à Nassau per puerum suum, nos accersiri iusserat.

15. Iunij D. Wolfgangus Musculus hæc verba legit ex Cap: 15. Iohan: Si de mundo fuissetis, mundus quod suum est diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo. Propterea odit vos mundus etc. Hic ait quomodo Christus priori argumento discipulos monuerit ut respicientes Dominum, quomodo ipse à mundo exceptus sit, ne mox animo consternarentur, si forte odia mundi in se senserint; si sciamus Dominum ipsum Apostolos et prophetas non solum persecutos sed et occisos à mundo, et hanc persecutionem nobis cum talibus esse communem. Est enim quidam si

quispiam singularis pietatis et summae eruditionis vir
ad civitatem aliquam a rege quopiam principe vel re-
publica mittatur, quod civitati ad quam mittatur opti-
me consulet, et is quoque huic civitati ex animo con-
sultum vellet, et hic tamen legatus pro sua recta
voluntate, et tantis beneficijs, convitia ac plagas
accipiat. Si sciat ante hac ab eadem civitate et alijs
bonis viris eandem mercedem pro sua propitate
redditam etc. Addit et Christus alterum argumen-
tum. Si de mundo fuissetis etc. Hic autem Mus-
culus, varias quaestiones movit. Quomodo Christus
dicat. Si de mundo fuissetis, cum Apostoli in mun-
do nati, et ex mundanis parentibus progeniti, et in
ipso donec viri robustae aetatis forent educati, ac
praeterea passim in mundo conversati sint etc. Ve-
rum has quaestiones ita dissolvit. Ut haec de spiritu
mundi dicta esse, ostenderet. Nam spiritu mundi
cum spiritu Apostolorum nihil convenit, quemad-
modum et Apostolus ait. Non enim accepistis spiritum
mundi huius etc. Spiritus enim mundi semper quae ap-
parent appetit, ut sunt opum cupidos splendor divi-
tiarum auri et argenti, ostentatio, fastus, luxus ava-
ritia et superbia. Item in religione amat ceremonias
ornamenta auro et argento colorata, cum spiritus Chri
et Apostolorum, Deum in veritate quaeritet, iuxta dic-
tum Christi: Mulier dico tibi. Neque in monte hoc
neque Hijerosolymis adorabitis patrem. Sed veri adora

tores adorabunt eum in spiritu ac veritate etc. Etiamsi inquit Musculus, si nihil vel deargentatum vel deauratum adsit. Mundum autem restitisse spiritui sancto ex cap: 7 Act: ex verbis protomartyris Stephani probavit: Vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri ita et vos etc. Quod autem ait mundum suos diligere etc. Hic multos docuit, quamobrem mundus eos qui christo adhaerent nihil prorsus reputet, et in quam mundus ~~et in~~ multis filij Dei per disdiapason discrepant. Quod autem nos de mundo non sumus, id non est nostri meriti, sed ex electione christi, qui suos ex mera sua bonitate elegit. Christus igitur causam odij expressit. Nec enim Sathan calneo mulieris et semini eius adhaerentes non inquietari non potest etc. posteaquam ad nos et nostra tempora hac applicasset. Musculus haec Epiphonemate concionem suam clausit. Quia ergo electionis filij nos sumus, et non mundus Electori per omnia grati esse studeamus, quod velit christus ipse filius Dei et homo Amen

Liborium ad comitem à Nassau misimus, verum is dixerat, se responsum à coloniense nondum accepisse.

A concione licentiatum Nicolaum Maier, Wolfgangum Musculum et Iohannem Henricum allocuti sumus. Maier nobiscum prandere statuit, ac Christophorus Dux à Wurtenberg nobis factus obviam, ipsum per Secretarium suum vocari iussit. ut interim tacem quod illi et alia negotia cum duce erant.

Iniunctum est Floro, ut cum hospite ageret, si census qui illi hebdomatim dabatur, minui posset. Praesertim

quod Iohannes frater noster et Samuel Nepos ultra non adessent.

Eadem in horologio ad parietem Mauseoli in horto Georgij Iohannes Fuggeri hos versus ascriptos legi.

Non secus ac flumen neq; enim consistere flumen
Nec brevis hora potest, sed ut unda impellitur unda
Urgeturq; eadem, veniens urgetq; priorem
Tempora sic fugiunt pariter pariterq; sequuntur.

Eadem nobis pileola duo holoserica comparavimus Et Zdofium uno honoravimus.

Eadem Licentiatum Maier ad Ducem Udalricum profectum esse comperimus.

Eadem Magister Sebastianus Glaserus nobis epistolam Domini Philippi Melanchtonis, ad Christophorum Karlewi exhibuit, ac nobiscum coenatus est.

Oblata est nobis Ecclesiastica Reformatio, quae cum interimente INTERIM prognata est. Tunc edocti sumus quam non pauci sint, qui amicitiam non fide sed successu metientur.

Hoxeriensis civitas quinq; millia florenorum Caesari pendet, et centum aureos pro literis Absolutionis et nonaginta in propinam Cancellariae.

Legimus eadem die transactiones Caesaris huius Caroli Quinti cum Electoribus et statibus imperij super terris suis haereditarijs.

Eadem in plateis Augustae, potissimum ante fores papistarum ignes fiebant et choreae ducebantur in

honorem (ut aiebant) D. Viti arbitror eius, quem Galli Vit, appellant.

16 Iunij in templo Mauritij D. Iohannes Henricus reliquum lectionis, quam die Iovis proxime Elapsæ exponere aggressus est explanavit, ostendens quomodo, D. Paulus in hoc capite 14 non argumento uno contentionem illam futilem ex animis tam Iudæorumque gentium radicitus eximere conatus sit, potissimum iudicio christi, illos deterrens. Hoc autem loco idem Iohannes Henricus multis potestatem christi Scripturæ testimonijs, palam affirmavit, indicans quomodo hic Dominus Iudex vivorum et mortuorum constitutus, et quam nullius personæ respector sit. Item quod ventura sit hora illa et dies in qua christus Rex pro tribunali sedens, ab omnibus mortalibus vitæ, et perperam vel probè peractæ, et dictorum rationem accepturus sit. Et quam benevolus et misericors in eos futurus qui ex recta voluntate et omni mentis conamine christo fidentes, verba eius et mandatis, in hac vita obedientia præstare cupiunt. Rursus quam austerus in eos qui mundi elementa eligentes, omni idolatria, superbia, luxuria et id genus vitiorum, contempto eorum salvatore, se ipsos conspurcarunt, Obiter quoque docens, quale iuditium is qui se æquum iudicent, præstare dici velit, ferre debeat, Locum autem hunc: vivo ego dicit Dominus, non delector morte impij, qui magis cum revertur impius, à via sua et vixerit. Convertimini, convertimini de vijs vestris malis, cur enim moriemini domus Israelis ex cap: 33 Ezech: luculenter exposuit. Nos commove faciens, quia

res se sic haberet, ut quisq; pro se ipso rationem redditurus
sit, cautè in hoc seculo ambularemus, unum Iesum Chris-
tum redemptorem et salvatorem agnoscentes, quem si extra
ipsum vitam instituerimus iudicem severissimum exper-
turi simus, caventes interim, ne invicem nos facile iudi-
caremus.

A concione hospitium Wilhelmi comitis, quo iamdum
florus abierat, petimus, comitem in horto deambulan-
tem reperientes, cui posteaquam diem illam illi fau-
stam precati sumus, ipsum interrogavimus, si quid bon-
quod ad negotium nostrum faceret, accepisset. Respondit
prorsus adhuc nihil. Rogavi igitur ut à Coloniense expis-
cari, si quid factum sit, dignaretur. quod se promptissi-
me facturum ait. Ac mox consurgens, Archiepiscopum
adijt. Nobis autem ipsum comitantibus dixit. Ego recta ad
Coloniensem ibo, et quicquid ex eo cognovero, otius te re-
scire faciam. igitur post horulæ spatium, puerum qui nos
ad se venire iuberet, misit, quem subsequuti, rursus Co-
mitem in horto invenimus. Dixit itaq; se negotium in
utramq; partem perpendisse, et ut tandem non ita Nasi
iuxta proverbium, suspenderem. Consulti illi videri
quoniam edoctus esset, ea die coloniensem, quanquam
se clam esse deberet, apud Dominum de Grandevela
pransurum. Darem igitur operam, ut per puerum aliq
cum postremus missus mensæ imponeretur, vocarer
et tum perfricata fronte Coloniensem, in præsentia
Grandevelæ accederem, rogans ut apud Dominum de
Grandevela instaret, ut is apud Cæsaream Maiestatem
pro me intercedere velit, ac maecenatem agere, ne

ex omni parte ad restim et summam paupertatem redigerer
et tum ipse audirem, quid responsi Grandevela daret, si pro
me intercedere reciperet, spem adhuc aliquam super
esse, sin autem id abnueret me aeque cogniturum, quid pro
re facere oporteat. Etsi hic animos maxime abhorreret
tamen optimi viri consilium sequi volui. Sub horam
igitur undecimam hospitium Grandevelae adeuntes,
ibidem in interiore atrio praestolabamur, donec Ar-
chiepiscopus ex superiori ambulacro, ubi pransi erant,
descenderet. Ac ut primum atrium illud in quo illos ex-
pectaram introierunt, confestim coloniensem accessi,
rogans, ut apud illustrem Dominum (sic enim vo-
cari amat de Grandevela intercedere velit, ut pro
me apud Caes: Maiest: Maecenatem, ut superius dic-
tum est, agere vellet. Respondit Coloniensis: faciam putans
autem forte me de Atrebatense loqui, mox lacinias
vestium Atrebatensis comprehendens ipsum ad fenestram
seduxit, instans, ut mihi videbatur, sedulo. Ast Atrebaten-
sis omnia blande moliebatur, quid autem responderit
me latet. Deinde Coloniensis Grandevelae patri et filijs
valedicens, equo conscendens, Moguntini aedes accessit, Ad
cuius usque hospitium Dominus de Lyra et alter fi-
liorum Grandevelae unus a dextris, alter a sinistris,
obequitantes ipsum deduxerunt. Quia autem in via
Coloniensis nutu nec verbo significabat se mihi re-
sponsurum, ad tempus aliquot in hospitio moguntini
moram feci, ac interim Philippus a Stein, Au-
gustanus, Bambergensis et Moguntiaci Dominici prae

positus nobiscum notitiam iniit, ac vina praelibavit. Deinde
hospitium Wilhelmi comitis repetentes, ut res evene-
rant illi referebamus, orantes ut ipse ab Archiepiscopo
sciscitaretur, quidnam Atrebatensis respondisset. Quod
et se facturum promisit. Apud hunc inter caeteros pra-
sus erant. Christophorus princeps à Wittenberg et co-
mes montis Bellicardi, Petrus à Kunritz. Iohannis
Friderici Electoris Marscalcus, Fridericus ab Oetin-
gen, Otto à Schaumberg et Wilhelmus à Witgenstein
Comites.

Eadem enim iussimus pugionem deauratum bilibaldicum
in usum Wilhelmi comitis à Henneberg, quem cum ma-
gni emi putaremus, pro uno talero comparatus est.

Hiccine dies docuit, quam verum sit, ita à natura
comparatum esse, ut potentioribus blandiamur, etiam
si earum ~~principes~~ animos probè erga nos experti-
simus, nè de illatis iniuriis dicam.

Adest et hic Augusta Iohannes Ketzler Frit-
lariensis.

Orat: Domine Deus in cuius manu omnes fines terrae
sunt, nec non et corda regum et principum, qui no-
ti etiam tuis ex inimicis salutem dare, nè sinas ex-
ugi pauperiem eorum quibus me praeesse voluisti,
nè calumnietur inter eos nomen tuum et pupillae
ac vidua lugeant, memento miserationum tuarum
antiquarum, et aliquando conversus nos in christo Domi-
no respice. Qui tecum et cum sancto spiritu vivit et
regnat in perpetuum. Amen

Qui ad Rhenum commorantes huc venerunt, vineas et sege-
tes bonam spem fertilioris anni pertendere dicunt.

Eadem nobiscum coenavit N. à Schwartzenstein adolescens no-
bilis, ex aulicis Landtgravij hic nobis retulit, quod Domina
princeps, usq; in hunc diem Heilbrunnae apud maritum
fuit, et qua humanitate et honore illam Iberi milites
acceperint, torneamenta ut vocant et ludus militaris ac Zo-
nam sericam choreas ducendo inflexerint. Item quod pedisse-
qua principis virgo de Breitenback ex fumo pulveris
armentarij pene et exanimata et extincta sunt, et quod adhuc
in lectica circumvagatur. Item quod Adrianus à Zertzen
consueto suo morbo podagra laborat.

Georgius à Molsburg ventris tormina durissime cruciatus
sit.

Doctor Georgius à Beumelburg tibiae inflammatione vex-
etur. Item quod equorum incommoda Domina princeps
passa sit, Philippum autem principem Eslingam ducendum
ait.

Nota de Conopoeo, principe, vigilibus, Doctor Megebachius
Medicus et paulus tonsor, et puer nobilis quem den Bre-
mer cognominant, et Sebastianus à Witzenhausen, adhuc
cum principe morantur.

Orat: Domine Deus illi commissa sua remitte, et libera eum
propter eum, qui nos sanguine suo praecioso liberavit,
de diabolo, mundo et carne nostra, conserva et prote-
ge ipsum spiritu tuo sancto, ne tantis tribulationibus
animo labatur, sed fide erectus de nominis tui magni-
tudine gloriari cum lectica in longevum possit. Memen-
to et Iohannis Friderici servi tui ac Eubuli iuxta tuam
ipsissimam bonitatem, tui enim sumus et oves pascuae

tua, sive vivamus sive morimur, o causam defendet tuam
tua gloria vincat, non unus instat Pharao, facultates adi-
muntur, ferrum minitantur et undas.

A Coena Philippus frater et ego ad hortos viti Wittich
deambulabamus, qua pompa, à Hansone Gualthero, à
equite aurato, Duces Bavariae et Wurtenberg, nec non a
Braunschweig et nescio quod Comites, Barones, proceres,
nec non et choreas Nymphas in ijsdem hortis convivio
exciperetur, visuri. Reversi inde post solis occasum amni
decursu oculos refrigebamus. Supervenit igitur et cognatus
noster comes Wilhelmus a Witgenstein iunior, inquien-
se nuntium à comite Wilhelmo à Nassau habere ad eos, ni-
mirum ut hoc nobis ipsius homine diceret, Archiepisc-
pum coloniensem sedulo quidem sicut et ipsemet in do-
mo Grandevelae vidissem, institisse. Verum Atrebat-
sem eadem ferè coloniensi quae mihi antea responderat
dixisse etc. Haec igitur cum nulla melior spes arridere
Comitem à Nassau per hunc me rescire voluisse, ut
qui igitur gratias agens quoniam noctescebat, semel atque iter-
tibato, prius vinum Wilhelmum cum fausta imprecat-
ne eius noctis, dimisimus. Dormitum euntes, ac Domi-
curam nostri nostrorumque committentes. Et hic est ev-
tus vanae expectationis et Aulicae pollicitationis splend-
dae mihi nec ab heri nec ab hodie primum notis. Qui
solus conterere nosti brachium excelsi, esto mihi praesi-
dio, tibi enim domino Deo patri, cum Iesu filio tu-
benedicto, Domino nostro et sacro πνεύματι omnis
debetur honos, potestas et imperium.

Cogimur igitur sententiam iudicis ferre, quae qualis sit ille qui cuncta diiudicat, iudicet nostris quidem commissis probe commeruimus haec Dominus autem sibi beneplacito tempore nec veritatem nec honorem suum minui sinet per semetipsum enim iuravit. Mihi flectetur omne genu et omnis lingua Deo confitebitur. Videbunt, sentient, et centuplum eis in sinum eorum retribuetur Domine ignosce et nobis et illis.

Cum tuum optio detur, non quod optem Iesu Christe ignoro Sed qui optem haesito; Non enim quod petitur profertur. Faxit vero Dominus nobiscum ad nominis sui sacro sancti gloriam plebis meae fidei commissae profectum, et uxorculae ac nostri salutem. Haec autem 74 dies est quam Augustae trivimus. Addito tamen tempore, quod à Waldeck usque ad Augustam in itinere peregimus.

17 Iunij in aede Mauritio sacra, is qui in hoc ibidem ordinatus, ut post haec Ecclesiastae munus obeat caput 19 Mat: Legit, ac solito more Ecclesiam ad Confessionem et obsecrationes hortatus est. Deinde D. Musculus ex cap: 15 Iohae: super haec verba: Mementote sermonis, quem ego dixi vobis. Non est servus maior Domino suo. si me persecuti sunt, et vos persequuntur, si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt. Sed haec omnia facient vobis propter nomen meum: quia non noverunt eum qui misit me etc. hic primo ait, quomodo Christus suos praemuniri voluit, hisce et similibus sermonibus contra instantem persecutionem. Mementote inquit Christus sermonis quem ego dixi vobis, scilicet eius quem post lationem pedum illis dixerat; Et hoc loco repetijt. Discipulus non est supra magistrum. Fecit enim Dominus idem apud Matheum capite 10. Delicatus

autem servus sit oportet, qui ea sufferre nolit, quae videt
Domino accidere. Sed musculus adeo piè ac doctè ad eru-
ditionem nostri accommodavit, ut meum non sit omnia
perscribere. Si me persecuti fuerint etc. Hic ait perse-
cutionem ex odio proficisci, nec esse rem, quae modum
servare sciat. Nam quid non contumeliae in Christum
contulerunt? Nunquid non in Deum blasphemiae accu-
sant? eum dicentes Samaritanum Demonium habentem
Ac denique turpissima crucis morte eum interimunt,
et id quanam de causa nisi odio? Sed cuius? nimirum
veritatis. Si igitur Christum Dominum ipsum persecuti
sunt, nam discipulis parcerent. Quod et factum videmus.
Nec novum est idem piis in hoc mundo accidere. Dicit
autem: Et vos persequentur, non dicit post multa tem-
pora, sed per accelerationem persequentur ait quasi
dicat: iam nunc incipient. Adices praedicabo quidem
Evangelium, ita ut a nemine reprehendi possit, et in-
culpate vivam, nec ulla erit illis occasio me perse-
quendi. Quid autem audio? Num illo aliquis sanctior
vitae innocentia Christi maior? aut docendo levior,
mitior ac magis benignus? Sed nonne pati coactus est,
et aliter fieri nequit, quam ut d. Paulus ait. omnes qui
pie vivere in Christo volunt, persecutionem pati
oporteat. Qui autem animo secum persecutionem fa-
cere destinavit, hic semper aliud et aliud meditatur
ac molitur, donec eum quem persecutum velit, perdi-
tum noverit. Nec hoc inquit musculus observatu indignum
est, quod Christus Jesus Apostolos iam ferè per annos
quatuor ipsum audientes, ut memores sint sermonis

quem in his et alijs aliquot locis dixerat, admonuit. Voluit autem hic Apostolos admonere, ut ingruente persecutione cogitationes cohiberent, horumque verborum memores essent, scilicet quod christus et prædixerit hæc et ille prius persecutus sit, debemus et nos ijs animos obfirmare, ut si qua secus ac sperabamus res acciderint, non statim animos abiiciantes, quærulantes et murmurantes contra Dominum. Sed patienter perduremus. Patiens enim terit omnia virtus et perseverantes usque ad finem, salvos fieri dixit christus. Durum autem erat Apostolis audire, se persecutionem passuros, qui populus Dei dicebantur, qui doctrinam legis tenebant, et praterea quod ab his pro hæreticis et seductoribus haberentur. Sicut et ipsum Dominum seductorem nominabant etc. Concionatus est autem de his multa quæ hic ascribenda forent. Sed adeo subinde perturbati modo ab alijs sumus, ut penè nobis exciderint.

Orat. Domine Jesu qui veritatis contestandæ et nostræ salutis gratia omnia in hoc mundo pertulisti, da nobis eam mentem, ut et nos cuncta adversa, propter nominis tui gloriam patienter perferamus. Scientes quos nobis dederis exemplum crucem nostram tollendi et sequendi te, ac ut in afflictionibus cogitationes nostras obfirmemus, ijs quos discipulis tuis dixisti sermonibus. Servus non est maior Domino suo. Da inquam patientiam qua adversa omnia superemus, quo de tua bonitate magna in finem usque perseverare

quæamus, utq; tecum compatientes post hac quoq; tecum regnemus, qui vivis et regnas, cum patre ac sancto spiritu in omne ævum Amen.

Eadem Liborium ad Doctorem Seldum misimus, auditurus, quid de provolutione ad Cæsaris pedes et de huiusmodi rebus fieret. Qui respondit imò se putare id quam maximè futurum, tamen pollicitus, se ab ~~ab~~ alijs vel id expiscaturum ac Liborio indicaturum. Remisit quoq; Seldus capitulationis Exemplar, ut per nostros describeretur, ac mea Sijngrapha subscriberetur,

Pransus est nobiscum Glaserus.

Eadem Electores et principes regijs missis interfuere, fortè ut postremum servitutis missaticæ honorem haberent, cum fama esset paucos post dies et regem et alios hinc abituros.

Eadem Glaserus ipse transactionem repetijt.

Eadem hans von Rutlingen, qui diu carceribus detentus est, quod Henrico Francorum regi peditatum Germanum conducere voluerit incusabatur, ruptis vinculis non absq; theseo evasit. Quamobrem urbis portæ ad meridiem fere occlusæ erant.

18 Junij D. Johannes Henricus mane infra quartam et quintam horas, ex Epistola Apostoli Johan: 1. cap: 2 hæc verba legit. Charissimi non præceptum novum scribo vobis, sed præceptum vetus quod habuistis ab initio præceptum vetus est. Sermo~~nem~~

quem audistis ab initio. Rursum praeceptum novum scribo
vobis, quod verum est in ipso, idem verum est et in ipso
quia tenebra praetereunt, et verum lumen iam lucet.
Qui dicit se in lice esse et fratrem suum odit, in tenebris
est usque adhuc etc. Primo itaque ait d. Iohannem unum esse
Mediatorem et patronum nostrum Iesum christum
ostendisse, et quod non sint nisi duae viae, una ad Chri
stum et vitam aeternam, altera ad ignem aeternum.
Deinde quod Iohannes christum imitatus omnia praecepta
Dei in unum quasi fasciculum collegerit, fasciculum sci
licet charitatis. Moveat autem hic quaestionem quomo
do d. Iohannes hic dicat. Non novum praeceptum do
vobis, cum tamen mox subdat, praeceptum novum
scribo vobis. charitatis autem praeceptum non no
vum esse arguit, quod etiam Moses fratrem diligere
insserit. Item ex eo quod idem Moses bovem civis
erraten reducere praecipiat. Item quod Propheta di
cat, carnem tuam ne despexeris. Item ubi praecepe
rit, ut peregrinis benefacimus. Novum autem dicit
dupliciter, primo eo modo ut nunc posteaquam Evan
gelium clarius praedicari coepit dictum est, novam
doctrinam exurgere, cum tamen haec doctrina ve
tustissima sit, et eadem quae erat ab initio, sed quia
ad tempus aliquod intermissa est, et modo homines ab
ijs, quae interea temporis exercuerunt, ut sunt decora
tiones sanctorum, peregrinationes loca sancta etc.

revocantur ad salutem Evangelij, doctrina nova vocatur
sicut et Pauli doctrina nova vocata est Actorum 17
alias mandatum novum dicit quod Christus discipulis hoc
praeceptum dedit, dicens. Mandatum novum do vobis
ut diligatis vos invicem etc. Et ipse quoque Christus fuit
primus qui opere implevit, cum nemo habuerit maiorem
charitatem, quam qui dat animam pro amicis, quod
autem dicit: Tenebrae praeterierunt, et verum lumen
iam lucet, denotat quod iam pateat per solum Christum
aditus ad vitam aeternam, et faciendum est nobis perin-
de ac Abraham fecit, qui sacrificaturus Domino in
monte Moriya Isaac filium suum solum adduxit in mon-
tem, servis et camelis ad radicem montis relictis. Sic
et nos oportet solum Christum patri ostentare, et
fidem in illum et eius charitati inniti, nostris imagina-
tionibus et fictis operibus longe a tergo relictis, que-
madmodum et hic Dominus Iohannes ait, qui dicit se
in luce esse, et fratrem suum odit, in tenebris est.
Sic enim inquit parietes coloribus illiniri curam, et
fratris necessitati non subvenio, nondum in luce
sed in ipsissimis tenebris ambulo. Christus enim ad
iudicium veniens, non sciscitabitur a me, quot collegia
regio apparatu splendida construxerim, aut huius-
modi quid egerim. Verum inquiet: Esurivi et dedistis
mihi manducare, sitim passus sum et potum mihi de-
distis, nudus fui etc. Et e contra, quae autem sit vera
charitas ex Paulo 1. Cap: Corinth: 13. Et quod Christus

ad scribam illum dixerat. Diligis proximum tuum sicut te ipsum, hoc est enim lex et mandatum. Et postremo quod Moses totam legem ad regulam charitatis inflexerat. At quod ad hanc regulam quasi ad amussim omnes vitae nostrae cogitatus et actus ad regulam charitatis dirigere queamus, et quo ad patrem veniamus per filium et in omnibus proximo in aedificationem serviamus, cui uno trinoque Deo sit fausta potestas:

Eadem Glaserum et Liborium ad nos accersebamus consultantes de capitulatione, susque deque re perpensa unam et eandem eorum et Domini Nicolai Maier sententiam esse comperimus, praesertim quod ad uxorculae et auri mineras attinebat.

Liborium ad Seldum cum capitulatione remisimus, si forte termini solutionis prorogari possent et articulus, quod omnes querelae ad Caesarem referendae essent, mitigari.

Eadem in Aula domus Senatorum Augustae vidimus Doctorem Nicolaum Eck à Landeck supremum consiliarium Wilhelmi Bavarorum Ducis insignem illum virum, si diis placet qui strenue Evangelicae veritati usque in hunc diem restitit, ut testis est, omnis superior Bavaria ac Arnoldorum domus in Neuenburgo, ad Danubium funditus excisae. Causa differti edicti est, quot civitates aliquot contra quosdam Articulos supplicarunt.

Iostus Kolbecker urgendus erat, ut diutius oeconomi officium subiret. Idque ad dies octo se facturum recepit.

Albertus comes à Mansfelt, vix salvum conductum consequetur.

Liborius capitulationem iam tertio reportavit, et nihil in ea mutari possi sunt. Iusserant verò Viglius et Seldus ut eam ad nudum describi curarem. Rogatus igitur est Lindius, qui eam in membranis descripsit et nè gratis punirer, illi talerum dedi ipso tamen refragante.

Anno elapso Christophorus comes ab Aldenburg et Dido à Kniphausen, in usum Friderici comitis palatini decem millia peditum stipendijs conduxerant. Sed opera Cattorum principis hic exercitus distractus est, ita ut Liborius Monichusen Cæsari et Iohanni Friderico Christophorus cum suis supplemento exercitus essent.

Nota de literis Uff der Freundt Tomdt etc.

De prosternatione ante Cæsarem adhuc in dubio est.

19 Iunij quæ est dies audientiarum ut vocant in castro Waldeck. Faxit Deus ut suus honos ibidem quæratur.

Eadem infra sextam et septimam horas Wolfgangus Musculus ex cap: 15 Iohan: Evangelistæ hæc verba recitavit. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum. Quia non noverunt eum qui misit me. Hic dixit quomodo Christus suos ad instantem persecutionem cohortatus sit, et quibus argumentis animos eorum confirmarit. Se elapsa die Dominica in duabus concionibus exposuisse, nunc autem ea quæ prælecta sunt, probè excutere debere. Paucis igitur præfatis hunc sermonem, nimirum de Emphasi verborum

hæc omnia facient vobis etc. Et quæ sint hæc omnia aggres-
sus est. Ait autem per hæc verba de tribus potissimum
Dominum dixisse scilicet de genuino mundi et suorum
in eos odio. De persecutione et quod verbum apud eos
non sit habiturum locum, nec ullo modo id suscepturi vel
illi obedientiam præstituri sint. Præterea perquam scite
odij ἐνεργείαν, et quæ ex hoc enascantur, indicavit. Nam
ex odio prorumpunt convitia, detrectationes, mendacia
et quicquid huius generis viciorum est. Sicuti dici solet
os inimici veritatem non loquitur. Wer wie man redt
auff unsere sprache, deß feindts mundt redet seeten
die warheit. Et hoc ipsum ex historijs sacris proba-
vit, et potissimum quanta scelera olim Iudæi Christo
per invidiam et mendatium obiecerint. Quale fuit
illud, ut cum Dominum coram Pilato accusant, ipsum cen-
sum Cæsari prohibuisse, et sermonem eius invertarent,
cum Christus dixerit date quæ sunt Cæsaris, Cæsari
et quæ sunt Dei, Deo. Et hoc loco sermonem interse-
cans Musculus (hoc ipsum enim inquit æquum est, et sic
facere decet, nimirum ut Cæsar tanquam Cæsar agnos-
catur, et quæ illi debentur dentur, quoque Deo autem
ea quæ Dei sunt et Dei gloriam concernunt) ac sic in-
ceptum sermonem prosequens ait: Sicut et hoc mendatij
in Christum finxerunt, seduxit populum docens à Ga-
lilea usque huc. Item commentum de destructione temp
et alia innumera mendatiorum et criminum etc. Item
ut idem ante Christum Prophetis et patribus evene-
rit. Adduxit quoque locum Tertulliani Martijris quo

refertur quibus comitijs Christiani à gentibus sua ae-
tate affecti sunt, ac quam probrosa illis nomina indi-
~~dedur~~runt scilicet eos vocantes scaelestos, incestuosos
eo quod mentirentur, Christianos qui interdiu ob per-
secutores, convenire non possent, noctu ad lucerna
congregatos, catulis offas obijcere qui discurrentes
candelabra et lumina deijcerent et lampado arden-
tes extingerent, et tum christianos incestos coitus
nullius sanguinitatis habita ratione et praeposterum
venerem inire. Item infanticidas, ut qui in ecclesia
sua infantem occidere solent, et huius sanguinis as-
persione se expiarent. Item Sarmaticos ob palos qui
alligebantur. Item semisseos à semissi. Item despera-
tos qui vitam et omnia contemnant. Sicut et nostro
aevo nihil non convitiorum et mendatiorum, inquit,
in nos iacitur et effingitur. Et ut omnia caetera prae-
ream dicunt nos pro evangelicis, Vor Evangelische
Hellische. Die Evangelische Lehr die Hellische Lehr etc.
Odium vero hoc et persecutio ac verbi contemptus
à tribus ferè hominum generibus fiunt et exe-
quuntur à Iudaeis, Ethnicis et Pseudochristianis. Sed
id ab alijs, alijs de causis ac alijs modis fit. Iudaei enim
Christum persecuti sunt, non quod hij videri volun-
qui christum Dominum, quem illi Messiam vocant,
persequerentur. Erant enim ut sibi ipsis videbantur
populus Domini de quo David. Notus est in iudaea
Deus et in Israel magnum nomen eius. Sciebant enim

tanquam hij qui habebant scripturas, quod christus Domini
illis promissus erat quem et expectare se et gloriabantur.
Adde qui soli se videri volebant, qui nomen Domini magni-
facerent, nec prætendebant quod Christum eo interficere
animo illis sederet, quod magistra veritate eorum vitam
corriperet. Sed quia (si dijs placet) se Christum Domini
mentiretur Cæsari homines immorigeros facere, conaretur
et quicquid id est ex quo odij sui perizoma quærebant.
Maxime autem, quod doctrinam traditionibus eorum
et communi usui repugnantem doceret. Hic quoque non nihil
de Arianorum olim in vera Christianos persecutione, qui et
ipsi alio prætextu prosequuti fuerunt. Lege Eusebium, Eccle-
siasticam historiam Tripartitam: Item Hilarium de per-
secutione Africæ) Ethnici verò vel gentiles Christianos
supplicijs afficiebant, nihil morantes, verus nè a pseudo
Christus esset, quem Apostoli annunciabant, et cæteri
Christi fideles confitebantur. Hij enim nec libros legit,
nec scripturas sacras, aut prophetas veritatem annunci-
antes habebant, licet enim teste S. Paulo, Deum ex
elementis mundi et creatione rerum agnoverint, tamen
ut et ob eodem ad romanos primo culpantur, non ut Deum
vel glorificaverunt, vel honorati sunt. Quare et hij
consultore Sathana ob veritatem Christi fideles enor-
mibus supplicijs et cruvelissimo martyrio afflixerunt
pseudo verò christiani nihil minus sibi imputari
sinunt, quam quod christum et suos ob id, quod christo
nomina dederint, et christi voluntatem annuntiant

persequantur. Sed alias causas crudelitati et nequitiae suae
praetendunt. Hoc autem putavit, quod de Arrianis per
Musculum versa pagina dictum scripsi, scilicet quod sint
homines seditionis amantes tradicioni patrem refro-
gantes, et illum qui modo est Ecclesiae usus perturban-
tes etc. ita et nostra seculo non in nos seviunt, quod Evangeli
annuntiemus, sed quod simus Haeretici, qui vere veritatem
praedicent. Haec autem sclatio nobis esse debent, quod Chr.
dixit: Haec omnia propter nomen meum facient vobis, quod
digni habeamur haec pati propter nomen Domini. Addit
quoque quid esset ob nomen Domini. Certum est enim
servum fidelem et odio et persecutionibus ob nomen
Domini sui obnoxium esse. Donet autem nobis Deus op
max. ut fide firma et patientia Christiana nihil ob
nominis Domini et veritatis agnitionem sufferre
detrectemus, recogitantes, quod ipse Salvator noster
a mundo et suis persecutiones passus sit. Et Apostoli
et Martyres ante nos ut perseverantes in finem
ut cuius passionum participes simus eius quoque gau-
dia persentiamus. Id te summe pater per Iesum Ie-
sum Christum Dominum et liberatorem nostrum
nostrum unicum filium tuum, humiliter deprae-
mur. Cum quo tibi et sancto spiritu sempiternus
sit honor laus et gloria in cuncta secula secu-
lorum Amen.

Eadem a concione in templo S. Mauritij optimum
virum D. Iacobum Sturm allocuti sumus, ac quo in

statu res nostræ essent illi exposuimus. Ac cum eo quod ab ipso et alijs auditur Ratisbonæ in colloquio nominatus essem, ac quid mihi ex ea profectione contigerit, contuli, qui ait: Et quid in ea re peccare potuisti? nisi quod principi tuo ea quæ tenebaris facere faceres. Sed sic res se habet, nam ipse inquit mirum in modum civitatibus metuo, nam nunc inter saxum et lapidem stamus iuxta proverbium. Cæsar enim commotior in nos obiicit videre se nihil, sua ergo nos clementia nihil præcibus vel bello quoque hactenus profecisse. Quare sibi suscipiendum bellum videret priore multo crudelius etc. Nam supprimi debet is qui modo est religionis status: Quid faciemus tandem? Et ita à templo Mauritij invicem sermonem protulimus, donec in forum ante domum senatoriam in latum illud spatium, ubi à dextris patibulum à sinistris ædificiolum istud ex asseribus compactum, in quo Vogelsbergius capite plexus erat, devenimus. Novit Deus inspector cordis, qui sint sontes aut non, re ipsa tamen comperimur magis infestos esse summas potestates erga veritatem amplectentes. Quia igitur hora accesserat, qua curiam consultandi gratia petunt. Domino Iacobo me ad amicitiam et officia obtuli. Rogans ut Martino Pucero meo nomine salutem diceret. O tempora, ò mores, Respice ò Deus in faciem Christi tui et memento promissionis tuæ, qui fallere nequis. Dixisti enim misericordiam tuam te non ablaturum à posteris et cohæredibus Davidis

illius mystici filij tui Iesu benedicti, cito cito nos an-
ticipient misericordiae tuae, pauperiores enim sumus
quam ipsi agnoscere quaeamus, verum tua sancta vo-
luntas fiat. Amen.

Eadem ante concionem infra quintam et septimam
horas capitulationem manus nostrae subscriptio-
ne, et annulo signatorio in hospitio nostro corrobo-
ravimus, (rex regum adverte) ac eam Liborio, Do-
toribus viglio vel Seldo offerendam dedimus. Qui
utrosque una reperit, dicens, capitulationem quidem
ut iussissent, per me subscriptam: attamen me bo-
nam spem concepisse, et idipsum quoque me ab eis
petere, ut si qua posset fieri summa minueret.
Ast manet immobilis Marpesia cautex. Quia autem
nihil horum fieri posse cognovi, eos rogavi, ut ca-
pitulationem acciperent, Atrebatensi per alterum
eorum offerendam, quod viglius Zwichenus se fo-
turum recepit. Adeuntes autem hij duo Atrebate-
sem, viglius, nescio nescio studio an incuria feceris
aiebat, se domi suae capitulationis oblitum fuisse
commode autem accidit, ut Fleous ipse Atrebaten-
sem conveniret etc. ac petijt, ut iam oblata ca-
pitulatione, res eo dirigi possent, ne diutius,
quod utique maximo rerum mearum dispendio fie-
ret, frustra hic detineret, et ut literae absolu-
absolutionis cum articulis aliquot, quos antea flo-
rus mutaverat, conscribi possent. Atrebatensis

autem interim gloriatus est, quam egregiam operam nostri ergo navasset. Nosti inqt Domine, et ipse vidisti, quid egerim, et adhuc non cessabo, Domini tui profectum quaerere. Ac sic Liborio paululum expectaret iusso, tandem reversus ait: â prandio iterum me convenias cura.

Conatus autem Liborius provolutionem, ad pedes Caesaris si qua posset amoliri. Verum Episcopus subridens, id maxime fieri oportebat ait: Quare hoc tuus comes adit facere. Faciet profecto inqt Liborius si aliter fieri nequit obediens per omnia, Sed si non necessarium foret, idem esset, Ad haec Atrebatensis, hoc fecit Dux Udalricus â Wurtenberg et multi maximi viri, nec ducat comes tuus hoc illi vel dedecori vel oneri esse etc. His Viglius addidit. Certe futurum est, ut omnes comites Waldeccenses coram Caesarea maiestate, in propria persona veniam depraecari.

orat: Domine Iesu, cui iussu aeterni patris tui omne genu coelestium terrestrium et inferorum, meritò ac iustè flectitur. Da ut ita summae in terris potestati obediam, ne tuus tamen honor laetatur.

Pinzingerus nihil adhuc effecit.

A prandio in hortis Iacobi Adler deambulabamus. Supervenit autem Doctz Ratzman Fritzlariensis, qui Episcopo ab Hildesheim â secretis et consilijs est.

Inter Dutleben Episcopum Hildesheimensem et Henricum Seniorem Ducem â Braunschweig ita ferè conventum est, ut Episcopus duas partes castrorum et

pagorum acciperet, et tertiam partem eius ditionis quam iure pignoritio possideret, donec Episcopus commodè eam pro pecuniæ summa, quam Cæsar pro æquo et iusto duceret, redimere posset.

Nota vities centena millia nummum à subditis Hildesheimensibus, Henricus Dux ab eo tempore quo primum hanc Episcopatus partem occupavit, corrosisse dicitur. Hæc summa et expensæ litium simul et redditus annui hactenus recepti, Henrico Duci permanere debebant. Ac Henricus Dux, quæsita oportunitate, Augusta discessit, antequam hi processus contractus perfici possent. Idem Dux dicitur Goslariensi post liminio duriter affligere.

Dux Ericus à Braunschweig proximis his diebus è Baneis Wisbaden huc cum tota sua familia totus holosericus rediit.

Eadem Henricus Krafft Augustanus qui Hactenus Iost Colbechero in socium additus erat, per literas petiit ut singuli Waldeciani comites quinque vel sex taleros, quo equum comparare posset illi mutuo darent, redituras eam pecuniam, ad proximas nundinas Francofurdianas. Donatus est igitur à Philippo et Eubulo sex taleris ac servitio liberatus. Verebamur enim, ne ex nundinis Francofurdianis, calendæ græcæ fierent.

Eadem Liborius ad Viglium et Seldum missus est, ut quibus tandem Cæremoniis prosternatio ante Cæsarem faciendæ esset, et quibus verbis deprecatio fieret

item quo tempore, peteretq; ut literæ remissoriæ (nam et nostri germani, quod illis bene sit Remisbrieve dicere addiscunt) conscriberentur, nobis eas legendi copia darentur. Seldus de tempore se cogitaturum promisit, et si qua fieri posset, se procuraturum, ut paucissimi adessent, dum ad pedes Cæsari procumberem. Da Domine Deus, nos sub potenti manu tua humiliari, hominem autem non aliter ac mortalem revereri redijt (proh dolor) redijt Ægiptiorum adoratio.

Eadem Galacteo et Lindio cum hospite de censu hebdomadali agere, iniunctum est. At hospes consultationem in crastinum petijt.

20 Junij Musculij hora et loco consuetis eadem quæ heri pro concione legerat, repetijt. Addidit autem ijs, quæ hesterno die de persecutione dixerat. Iudæi ut audistis christum persecuti sunt, quasi non esset verus Messias, gentes verò nihil morantes, verum illum Christum aut Pseudo christum, Apostoli et martyres confiterentur. Sed absq; omni differentia, quicunq; christo nomina dederint persequentes suplicijs afficerent, inter pseudochristianos verò et etiam inter nos quidam sunt qui bona animi intentione et ex toto corde Christianos prosequuntur, non ob aliud, quam quod à nonnullis persuasi sint, eos vivere et docere contra receptam doctrinam, ut eam in qua ipsi educati ac instituti sunt, ac sic eos qui vel purissime docent quod videantur dum idolatriam et abusus corripiunt ac synceram doctrinam restitutam cupiunt. Ecclesiam perturbare summè persequuntur

zelo quidem, quemadmodum testatur Paulus de Iudaeis
secundum scientiam. Est autem et adhuc aliud, praeter
hoc persecutorum genus, nimirum eorum, qui se sanctos
haberi volunt, coeteris longe eruditiores et in magnis
honoribus degunt, et qui lucro inhiantes verbo caupo-
nantur, et tametsi probe prospectum habeant doctri-
nam, quae praedicatur, sanam et veram esse, tamen qui
ventrem pro Deo habent et metuunt, ne quid vel honori-
bus suis vel laudibus ab cedat (nihil enim aliud sub
praetextu religionis quaerunt) hij pertinacissimo odio
Christum et suos persequuntur, quales fuerunt pontifice
ac Pharisaei et scribae apud Iudaeos, ad quos Christus ai-
ve vobis scribae et Pharisaei, qui sub praetextu longae
orationis et precum domos viduarum et pupillorum
devoratis etc. Et hi semper pietati nocuerunt, etiam
apud Ethnicos. Tales enim et erant aurifabri, qui fab-
cabant arculas et delubra Dianae illi Ephasinae Act:
19 etc. Tales et hodie nostri sunt adversarij, omnia
sanctitati suae tribuentes, et suo ventri metuentes.
Secundum vero hoc persecutorum genus est, qui dest-
nato animo scientes et sui lucri ac honoris gratia, agnit
veritati contradicunt, et eius assertores, clausis ut di-
citur oculis persequuntur, horum salus desperanda est
et iam nunc in laqueo diaboli et damnatione perpetua
sunt. Deinde digressus Musculus ad hanc sententiam
enucleandam. Quia non noverunt me, neque eum qui
misit me etc. hic disputabat qui fieret ut Christus

diceret, non cognoverunt eum qui misit me, num Iudaei non
agnovissent? imo agnoverunt Deum. nam et teste paulo. Eth-
nici Dei notitiam habuerunt. His adde quod Iudaei Lege
habebant et Prophetas. Hic autem triplicem esse cognitio-
nem Dei, docuit, primam agnoscere Deum, quod creator Coe-
li et Terrae sit, omnia agens et fovens, et talis cognitio
gentibus quoque quodammodo inerat. Maxime autem Iudaeis.
Quod vero Deo creatori suo obedire et credere in Christum
illis a Deo patre missum. voluerint, ac hoc instituto lon-
gissime aberant. Sicut Paulus ait: ore quidem confitentur
sed factis negant. Exempli gratia: Si pater familias ser-
vum quendam habeat qui haerum suum praetereundem
agnosceret, dicens: ista est herus meus. Ubi autem pater
familias quippiam faciendum iniungeret, et is contempto
haero iussa abnuit, et praeceptum eius susque deque fecerit,
nonne huic haerus dicturus est? Vis quidem videri famu-
lus meus, at ea quae facere iubeo renuis, profecto nec
me haerum tuum agnoscis esse, talis quidem res haec primo
Dei agnitio est, altera est quod Deus quidem agnoscitur
esse omnipotens bonus, misericors, et iustus et Christum
quidem missum a Deo, verum quod Deus verus et homo
nobis venerit in mundum, et quod nobis nasci vivere,
pati mori denique et resurgere voluerit, quo nos per
mortem eius solius vitam aeternam consequamur non
credere, et alios opitulatores, et bona opera quaerere
Nec haec quoque recta Dei agnitio est. Sic enim Iudaei,
Machomethani et specie tenus christiani quaerentes Deum

et agnoscentes non credentes in christum missum ex
illis ipsum in salvatorem ac propiciatorem unicum
datum frustra gloriantur, se Deum et nosse et
amare, et quicunque Christum à patre sicut dictum est
missum, non agnoscant, hi nec Deum patrem etiam
ipso christo teste, agnoscunt. Tertia autem et verba
Dei agnitio hæc est, scire Deum patrem ex immensa
sua charitate, Iesum christum filium suum unicum
in hunc mundum misisse, ut per ipsum et in suo sa
sancto sanguine liberemur à morte diabolo et in fe
no, ac ut omnis qui credit in eum non pereat sed
habeat vitam æternam. Ac eundem patrem dixisse
præcepisseque ut hunc ipsum christum audiremus
Et hoc est quod christus ait: Quia non cognoverunt
eum qui misit me. Hæc autem cognitio ex largitio
ne spiritus sancti, et è supernis venit. Sicut chri
stus ad Petrum ipsum filium confidentem Dei ad
Beatus es Simon Barlona, quia caro et sanguis
non revelavit tibi etc. Licet enim quotidiè audi
mus de christo, spiritus autem sanctus intra pene
tralia ~~christi~~ cordis nostri non cooperetur, vanu
est enim omnis noster labor, verendum quoque quo
inter nos sint, qui sub redeuntem Evangelij doctri
nam, et recorruscunte eius luce, Novum testamen
tum legerunt, et audierunt, qui psalmos decantarunt,
sed nondum hac corde perceperunt, hi instante, ut
nunc fit, persecutione, mox à fide desciscunt. Nam
verè confitentibus in christum, non est spiritus
dissensionis, sed hi potius amore veritatis contemn

facultates, uxorem, liberos, et vitam. Donet nobis Deus constantiam, ut hæc in corde mundo fernare, quo fructu in nobis ferant, multiplicem, in Christo Iesu queamus Amen.

Redeuntibus nobis è templo, Lixæ nobis obviam fiunt, cives duos cathenis constrictos secum ducentes. Fama erat esse textores, qui nescio quid sinistrè in urbalia festa cæsaris, quæ in circumlatione Eucharistiæ conviciati erant. Cum autem hij duo non solum mihi viderentur esse ex Augustanis, qui eam idolatriam abominarentur, mecum cogitabam. Dat veniam corvis vexat censura columbas: Et sæpe numero catellam cedi in terrorem leonis.

Comes Wilhelmus equos viginti corpora septuaginta, quotidiè alit. Cuius sumptus per omne tempus. quod Augusta commorari coactus est, cum ea pecunia δοχορκηγιν istis danda venit ad summam triginta millia aureorum, computatur.

Gerhardus Hedwig Legatus regis Ferdinandi, semel atq; iterum apud Solimannum Turcarum imperatorem fuit, vir vafri ingenij, qui mira arte et novis scrophis imperatoris Turci et vafriciem, et sævitiam non semel delusisse dicitur, ut rectè Ægenita cum cretense commissus dicatur. Quare et sua fraus eum Episcopale culmen conscendere fecit.

Non indignum posterorum memoriæ puto, ad id miseriæ ditissima totius Europæ Pannoniæ regna devenisse, ut rex qui non solum his regnis sed et fortissimo

Bohemorum regno pest: addo qui et romanorum regis titulo gaudet, si qua Turcae scribat ponit vel convenientius eum hoc Epitheto dignatur. Illustrissimo et potentissimo Principi ac Domino, Domino Solimanno Turcarum Asiae et Graecorum imperatori.

Vngarus quidam magni nominis quem primo petri nominant, qui, quod per fidem in christianum sanguinem accusatus, ad Turcam defecisse vertur, licet fama sit, ipsum magni rursus Ferdinandi gratia iniisse.

Induciae quinquennales inter Caesarem Regem Romanorum et Turcam regem Franciae Ducem Venetum quoque concernunt.

In literis induciarum quibusvis, liber accessus ex Ferdinandi Regnis in Turcarum imperio negotiationum, vel aliarum rerum ergo, conceditur et è contra, Exceptis tamen gentibus quas Heijdelosen, Martolosen, Viskuken nominant. Provisum est et in his literis ut rixaspides ab utraque parte Dominis remittantur.

Heijdelosen, Martolosen, Viskucen gentes sunt ad terminos Pannoniarum constantinopolim versus, hominum genus ferè silvestre instar (ut fabulis fides habenda) Satyris cavernas petrarum et abrupta montium inhabitantes, ex praeda et latrocijnis victitantes, qui christianos

in Turciam proficiscentes, vel à negotiatione redeuntes, dolo aggrediuntur, ac furto abducunt, eos vel pendentes, vel facultatibus mulctantes. Dicuntur autem esse homines inermes, apud quos nullus armorum usus sit, præter fustes ligneos vel perticas præacuminatas. Turcis æquè a christianis inuisi.

Tributum, quod à Ferdinando, Turcarum Imperatori datz ad portam sanctam per ministros regios quotannis mittitur.

Turcarum Imperator in contractibus hoc exordium seruat. Auxilio Dei omnipotentis et Apostoli nostri sancti Mahometh.

Undecim ducatuum Barones et nobiles Ungarici Turcarum Imperatori tributa pendere stipulati sunt.

Zanzeri, Begeboiarij, Zanzegen, Zeugma, Missa receptacula Heidochiorum.

Datum ut vocant literarum Induciarum sic habet. Anno nati Apostoli nostri nonagentesimo quinquagesimo nono ultima octobris. Anni verò induciarum iam tres præteriere.

Liborius, ut ipse aiebant ante meridiem viglium convenire non potuit.

Eadem Hortulum animæ à Georgio quodam Norinbergense, ab ipso filiabus suis inscriptum et consolationem Christi fidelium in persecutione, per magistrum vitum Theodorum conscriptam, pro Domina socru sex batzis comparavi.

Eadem dum hospitio Wilhelmi comitis recta per Dominicum transeuntes, hospitium nostrum petimus.

Vidimus ante casas cuiusdam Bibliopolæ, in gratiam papistarum, imaginem Imperatoris Turcici ad vivum depictam, una cum charta quadam, in qua et effigies optimi principis Ioannis Friderici Ducis Saxoniæ etc. Electoris, delineata erat, ita prostare, ut uterq; alterum (ut ita loquar) intueretur. Volebat autem bibliopola hac pictura ostendere, hos duos et eiusdem ceræ homines esse, et christianæ Reipub: atrocissimos hostes verum ne perpetuo optimus princeps derideretur pro sex batzis utramq; picturam emi.

Eadem Amanuensis ille, attulit scriptum supplicationis civitatum, contra intricatum INTERIM accepit batzos tres.

Eadem primæ foetus nuper nati INTERIM prostabant et ante meridiem omnia exemplaria distracta sunt. Imprimebantur autem ne tantus foetus periret, intra brevi tria millia exemplorum.

Apud comitem â Nassau, comes â Zorn, qui et ipse anno superiore expeditioni Boccolmoritæ interfuerat, adfuit.

Sertorius Basileam reversus dicitur.

Aulicus quidam Colax, dum Carolus Cæsar proximo hyeme ulmæ dies aliquot commoraretur, Libellum Cæsari attulit, a quodam Ecclesiaste, ut hic colax tulerat, in contumeliam Imperatoris conscriptum multa deblaterans de famoso hoc libello, existimans Cæsaris animum adversus autorem libri, concitatio reddere. At Cæsar interrogavit, quando nam hic liber conscriptus est, Adulator infit. proximo elapso Augusto mense scriptum esse. At hæc Cæsar

Tum adhuc Ulmensis se hostes nostros profitebantur nunc in gratiam recepti sunt.

Non ex infima plebe homo quidam aiebat, Cæsarem nunquam meliore valetudine esse, quam cum in castris degeret. Sed nimio constare pillulas quibus alvus tanti leonis deijceretur nimirum principatus, ducatus et comitatus multos.

Dominus de Madruscia, ante paucos dies consulem Herbrotum quod ad Cæsarem vocatus morbum simulans venire nollet, lectum decumbentem expergefecit, tantum tunica talari, super indusium lineum iniecta, ad hospitium suum deduci iussit, ibidemque adhuc in libera custodia detinetur, Sexaginta millia nummum, ut rumor in aula Cæsaris est, pro tanta somnolentia daturus.

Personæ quinque quarum nomina Cæsar sibi, in reservatione mentali et scrinio pectoris (ut decretistarum verbis utar) reservavit, in capitulatione Augustana, non comprehensi sunt, in quos quomodo cunque illi libuerit, animadvertere liceret.

Vulgi in consules nonnullos ea hic malevolentia esse dicitur, ut eos pro Burgermeister Burgemeisteros vocant.

21. Iunij in templo minorum, Dominus Iohannes Henricus, ex prima Iohannis, Epistola capite secundo, hæc verba legit: Ne diligatis mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum non est charitas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, veluti concupiscentia carnis, et con

cupiscentia oculorum, et fastus vitæ, non est ex pa-
tre sed ex mundo est. Et mundus transit et concu-
piscentia eius etc. Hic primum docuit, quanta di-
ligentia sanctus hic Apostolus, omnes homines Chri-
sto lucrificari et ad Deum adducere in hac Episto-
la conatus sit, nimirum quod singuli quæ quisque fa-
ceret præscripserit, pueris scilicet profectæ ætatis
hominibus et adolescentibus. Nunc autem commu-
nem Ecclesiam alloquatur, admonens, ne mundi illi-
cebris se vireteri permittunt, simulque osten-
dens, quam nullam quidem ætatem superbia de-
ceat. Ac hic concionator fecit digressionem per
singulos status, allegans illud d. Petri: Deus su-
perbis resistit, humilibus autem dat gratiam
item quod hac vita nil nisi vapor et fumus qui-
dam sit. Probè ex scriptura fragilitatem hu-
manæ conditionis depingens. Item quam levibus
de rebus se quisque alteri proferre soleat, si
quod domum præ cæteris mortalibus à Deo con-
secutus sit. Iubens tandem, ut Exemplo Iunonia
avis, quæ, decoloratos pennas intuetur, lauda-
tas ostendit, intumescens ac superbè inceden-
nodosos verò pedum suorum articulos, qui lepra
conspersi dicuntur considerans, caudam demittit
et miserè eiulatur. Sic et nos, si vel opibus ve-
scientia, et si quid huius farinæ rebus tumidio-
res reddamur, animum recolentes cogitemus,
quod pulvis et fumus sumus. Hodie inquit Homo

sibi ipsi bellus et magnus videtur, cras fortè agro-
tans, vel hac ipsa die, vel perendie conditur terra.
Docuit quoq; omnia Christi ergò posthabenda esse, li-
beros quoq; et charam coniugem, si Christi honor exi-
gat, negligendus, ac iuxta d. Pauli sententiam, qui
habent uxores sint tanquam non habentes. Ait autem
non prohiberi, possideri vel habere divitias, modo
dalis rectè utaris, et Abrahamum præ oculis ha-
beas, et è contra divitem illum epulonem Evange-
licum. Adiecit quoq; neminem posse, et Deo et Mammo-
ne inservire. Benignissimus pater caelestis, per
filium suum dilectum, ut habita ratione fragilitatis
nostræ ipsum solum et quem misit in bonum nostri Iesu
Christum, amare, et in humilitate et patientia sancta,
animos nostros possidere adiuvante nos spiritu suo sanc-
to largiri dignetur Amen.

Plebiscitum bohemicum est, ut quia â Baronibus quatuor-
decim latæ sententiæ contradicat, et honore et corpore
periclitetur.

Item moris est in Bohemia, ut ubicunq; Dominis libue-
rit coloni accepta pecunia et agris et domo cedere cogan-
tur.

Liborio iniunctum ut Atrebatensem alloquatur. ipsum
igitur conveniens, obnixè deprecatur, ut auxilio esse
velit, quo literæ absolutionis conscriberentur et ad Cæsa-
ream Maiestatem mihi veniam apud eum deprecandi
et locus et tempus indicarentur. Primo igitr Atreba
tensis renuit, dicens. Illi modo ad huiusmodi non esse

otium. At Florus nihil minus precibus instabat, signi-
ficans, nos omne æs nostrum hic insumpsisse, nihilq;
ultra pecuniarum vel in zona esse, vel aliunde cor-
rodi posse. Insuper et equos venditum iri. Præsul etsi
rem detractaret, tamen precantis importunitate vic-
tus ait, abi et voca Dominum tuum, ut quam occissi-
me me subsequitur in palatium Cæsaris. Liborius igitur
non impigrè cucurrit, me hac die nihil minus cogitante
accersit, nec ipsemet ego contabundus, arrepta tunica,
velociter in palatium contendi. Quo cum ventum est,
posticum intrantes, gradus aliquot constendimus, Pinzin-
gerum in ambulacro cubito hærere conspecti. Hunc ergò
Florus illicò accedens, interrogavit de aditu ad præ-
sulem, is iubet ut in hibernaculum quod è regione nos-
tri erat, intraremus. Igitur ianuam pulsantibus, pri-
mo ostiarius introitu nos prohibuit. Superveniens
autem senior quidam ostiarius, non solum in hoc hi-
bernaculum, sed et in aliud quoq; cuius parietes huic
contigui erant, et usq; ad Atriolum ante cubiculum
Cæsaris introduxit. In atrioto igitur nobis præstolan-
tibus, Aulici proceres adrepere cœperunt. Post bre-
ve temporis spatium senior ille cubicularius, qui
nos eo introduxerat, è cubili cæsaris rediens, ait:
Atrebatensem quidem intro apud cæsarem esse, verum
Cæsarem nondum vestibus indutum. Interea Eubulus
Deo cogitatione et oratione negotium omne commisit.
Tandem Papenheim mononculus Marscalcus ~~insit~~ Im-
perij advenit, is ex Floro sciscitatus est, quisnam
illic esset, ad caminum astans. Florus respondit

esse Wolradum comitem à Waldeck, rursum Marschalcus infit: Est ne hic comes ille, qui se ad Cæsaris genua provoluturus est? Respondente Floro, imo is est. Papenheim nos salutans ait: Domine tibi machæra deponenda est: Si puer aliquis adesset, qui eam tibi asservaret. Ac ipse Marschalcus, ut est homo verè probus et simplicioris ingenij, Adrianum nostrum accersit, ac illi gladiolum tradidit, reversusque ad nos, quibus coeremonijs nos ad genua demitteremus, docuit. Iubens faciem ad terram pronam haberem, donec Imperator ipse me ad maiestatem suam accedere iuberet. Quamobrem gratias illi agens pro hac informatione, et quod me hactenus in hospitio imperturbatum reliquisset (nam hospitiorum ordinum Imperij metator est) Erat autem ferè decima. Venit tandem Schaumberg Baro et prætor Palatij. Item Capitaneus excubitorum Cæsaris, Dominus de Zeltingen et Plures Itali et Iberi Cæsarei anteambulones, nec aberat Petrus à Malvenda, qui obliquis oculis, nos intuitus sedulo risit, et ferè digito demonstrans, quasi diceret, hoc est quod desiderabam, quia peius modo facere non possum. Habet enim Cæsar parvum hibernaculum cubiculo suo iunctum, in quo sperabam has Cæremonias fieri. Sed ut Trapesitarius venit afferens aulæum illud ante sellam, quæ ad parietem posita erant, sternens, super quam affixum erat aulæum aliud ex auro puro puto, et holoserico contextum, cognovi ibidem pompam hanc futuram. Videns autem Marschalcus Papenheim, omnium oculos in me intentos esse ait: Domine comes melius feceris, si in hibernaculum ante atriolum concedas, et ego ubi Imperator hic consederit apertio ostio ut commodius genuiculationes

facere quaeas te accersam, parvi igitur monenti. Doctor
verò Petrus à Malvenda, composito vulto, me ac-
cedens salvere iussit, prima facie me audire dissimu-
lavi. Verum eum viderem eum manu detracta chi-
rotheca propius accedere, dextra milli praebui. Nec
aliud quodcunque nobis dixit, nisi ego vos non impediam,
quid sibi his verbis voluerit (Diespiter ille Ibericus
novit) venit et alter ex ostiarijs Eschopet nomine,
qui nos in scamno sedere iussit dicens. Imperator non tam
statim foras prodibit. Cuia autem intellexi ostiarijs
propinam ex hoc actu deberi, Malvendam rogavi, ut
quid id propinae esse deberet, expiscaretur, qui se id
facturum recepit, ac ocius reversus ait: ostiarios dix-
isse, id in mea liberalitate et humanitate situm esse,
se nihil nominatim petituros. Venit quoque tertius ex
ostiarijs, inquiens, Domine comes quare non ad Atri-
olum accedis, respondi? Marschalcus me hic praestolari
iussit. Bene, bene, inqt. Expecta paululum, brevi fiet.
Erat verò iam in puncto, ut loquuntur undecimae, cum
fierent ianuarum crepitus, ac procerum gemiculationes.
Posteaquam autem Caesar in sella illa resederat, Papenheim
aperto ostio me vocavit, inquiens, en tempus est, ia
comes accede. Ideo exurgens, habens à sinistris Li-
borium, bis genua inflectens accedendo, tertio genicu-
latione, utrumque genu terra figens, similiter et Li-
borius. Deinde Liborius cunctis audientibus, haec
verba in catalecto germanico dicere coepit. Illustris-
sime et invictissime clementissimeque Caesar, sacrae tuae

Cæsareæ Maiestati, hic coram generosus meus Dominus comes Wolradt à Waldeck sistit, confitens se maiestatem vestram gravissimè, tempore rebellionis ani elapsi, læsisse, ag noscens, quod graviorem quandam poenam commeritus sit cuius rei dirissima me tamen ringitur. Attamen de innata Imperatoriæ Vestræ Maiest: clementia confisus, hanc noxam sibi remitti deprecatur animi deiectione rogans ut sacra vestra Cæsarea Maiest: tam ipsum, quam subditos suos in gratiam recipere dignetur, idq; ob Dei et Cæsareæ vestræ Maiestatis misericordiam, quod idem dictus meus Dominus comes, præter debita officia, etiam omni cum sedulitate promeriturus est, nec unquam in vita sua se Maiestati vestræ inobedientem præstabit. Sed omnia (christo auspice) se facturum promittit, quæ probum et fidelem comitem Imperij decent. Ac sic liborius silvit. Imperator igitur Episcopum Atrebatensem et D. Philippum Seldum ad se vocans, paticula cum his colloquutus est. Deinde per Doctorem Seldum Vicecancellarium, respondit? Pene omnia quæ liborius dixerit, verbotim repetens, verum addidit: Invictissimus et illustrissimus noster Cæsar, ob honorem Dei et suæ sacræ Cæsareæ Romanæ maiestatis innatam clementiam, Wolradum comitem à Waldeck Dominum meum gratiosum, una cum subditis, in gratiam recipit, et noxam illi pro hac vice remittit, ea tamen lege, ut omnia quæ in capitulatione comprehensa sunt, ab dicto comite impleantur, et serventur, et si se post hac comitem fidelem et probum gesserit, sibi

clementissimum Cæsarem, nec non et suis subditis
experturus est; His dictis imperator mota manu
ad se vocabat, quia verò mihi iniunctum erat, nè in
faciem Imperatoris inspicerem, antequam ab ipso
vocarer, Liberius me tetigit. Otius igitur deosculata
manu mea dextram Cæsaris dextram iunxi, qui con
festim exurgens, ad cubiculum regreditur, nec ego
cochleæ gressu ostium alterum peto. Ubi verò ad ul
terius hibernaculum veni, ostiario Eschopet dixi
Quantum tibi et tuis sodalibus debeo? Quantum
placet inqt. Sumus verò sex numerò. Quid aio si
unicuiq; vestrum aureus detur. Summas tibi
inquit agemus gratias. Sex itaq; aureos nummos
illis dono dedi, rogans eundem, et si quis ex nostris
pro scripsione literarum absolutionis eum allo
queretur ut hunc iuvaret. Si qua accessus pateret
Promisit promptè atq; hic fuit huius tragoedij exit
Reliqua sunt octo millia nummum expendanda.
Qui dedit vitam dabit et pecuniam, Benedictus Deus
Pater Domini et Liberatoris nostri Iesu christi,
cum sancto suo spiritu, qui me participem calamita
tum, multorum piorum fecit, is me spiritu suo
bono, cum uxorcula, filiola et subditis dirigere
dignetur, ut constanti fide, quæ Cæsaris, Cæsari,
et quæ Dei, Deo, reddere queam. Qui me hodie
de ore Iconis eripuit. Benedic Eubule Domino et
laudet te Domine omnis cui vitæ spiraculum

dedisti. Qui vivis et regnas, verus ac unus in trinitate perfecta Deus. Cui perennis potestas, laus sit et gloria Amen.

Vestes meae erant tibialia et diplois, ac calcei benè contriti, et tunica ex nigra serica, nec quisq; ex nostris, praeter Liborium in atriolo nobiscum erat. Astiterat et Lazarus à Schwendi; Ad hospitium reversus cum Iohanne Goselo egi, ut mihi trecenos florenos vel ab alio sumeret, vel ipse mutuo daret, ac dedi illi in pignus catenas aureas duas, quorum una pendebat, centum et triginta aureos, altera coronatos octaginta quatuor et semuncium, nam pecunia, quae è Norinberga venire debebat, nondum allata erat, et ultra hic sumptus facere, multas ob causas incommodum erat.

A prandio comitem Wilhelmum invisi, omnia ut acciderant ex ordine referens, et super alijs eius consilium audivi, obtuliq; illi equum.

Deinde hospitium Electoris Marchionis transiens, oportunè Marchio primum è domo senatoria revertens, aedes intrat, subsequutus itaq; Luderitium conveni et ut Marchioni meo nomine gratias ageret, sive pro me intercessisset, sive non. Nam iam nihil spei de ea re reliquum. Verum ne graveretur à Marchione discere, si intercesserit an ~~dixerit~~ secus, quo haberem quod Principibus et comitibus ad scripta eorum respondere possem, allocutus sum quoq; fratrem germanum, Atrebatensis rogans inter coetera, ut fratres meos commendatos apud fratrem et patrem suum praesulem haberet.

Eadem quidam, quod incestum cum germana sorore uxoris suae commiserit, pro foro et virgis cesus et civitate Augusta eiectus est.

Eadem Christophorus Dux et comes à Wurtenberg qui quoque cum veniam à Caesare peterem astitit, hinc abijt, non omni ex parte cum gratia dimissus.

Eadem omnibus creditoribus Ducis Ottonis Henrici Palatini, dies constituta erat, quibus haec duo Caesaris nomine proponebantur. Primo cum ipsis expostulatum est quod suo aere palatinatum onerassent. Deinde si qui essent, qui dimidium de prompta pecunia accipere vellent, à thesaurarijs Caesareae maiestatis eam reciperent. Si verò haec via illis incommodior videretur, Caesarem passurum, ut in ius à creditoribus vocaretur. Durus erat is debitoribus sermo, verum relligio est illis, ne maior rogans imperet quae velit, nam Herbroto consuli malè haec alea cesserat, qui cum caribdim fugeret in sillae monstrum incidit, ut supra dictum.

Schwartzenstein nobiscum eadem die pransus est.

A Coena Glaserus nos invisijt.

Venit ad hospitium nostrum et Wolfgangus comes ab oetingen, magis ut apud hospitem latens vinum deconqueret, quam ut quem piam ex nostro sodalitio alloqueretur licet à nobis ad coenam vocatus est.

Sub noctem hospes noster cum uxore mihi spoponderunt, se trecentos nobis florenos mutuo

dare, nec eos quicquam vel lucri vel emolumenti petituros. Insuper hospes nos INTERIM illo magis noxio ullæ crambi bis positæ (in qua tamen mors esse dicitur) donavit, nec non et libello Casparis Huberini continentem septuaginta duas conclusiones quibus contra interimistas utramque speciem sacramenti probavit. Ambo libri ab uno eademque typographo Augustæ in hoc mense Iunio impressi erant, Et nè quid molestiæ nobis deesset. Eademque Paderbornæ Episcopus quæretas suas redintegraverat, quas concilium Imperiale Philippo et Eubulo, per ostiarium cameræ Imperialis transmisit.

22 Iunij D. Musculus ad Sanctum Mauritium ex Cap: 15. Iohannis hæc verba legit, si non venissem et locutus fuissem eis, peccatum non haberent. Nunc autem non habent quod prætexant peccato suo. Qui me odit is et patrem meum odit, etc. Hic præcedentem sententiam repetijt dicens, oportere diligenter sementem hic ex palleis ventilabro excutere. Quid odium, quid persecutio sit et quo Christus hæc duo degerat nimirum in ignorantia videndum autem ait, ne quem persequamur, nisi qui ~~ait~~ ob insigne aliquod facinus, odio dignus censendus sit, et id non nisi cognita causa, at nunc multi sunt, qui hæretici doctrinæ falsa est, clamitant, cum tamen ipsi vel legere, vel audire nolint, quia non noverunt me, neque eum qui misit me etc. Hic Christus exponit ignorantiam, dicit Iudæos non novisse eum, nam quod Nicodemus ait: Scimus quod à Deo exivisti magister: Erat quidem alicuius scientiæ, non autem sciebat, quod

is esset christus ille à patre missus in hoc, ut per ip-
sum et in hoc uno, salutem consequerentur, praeterea
per pauci in hac scientia Nicodemo similes fuerunt
Caeteri huius christi omnino rationem non habuerunt
Qui verò initia huius Nicodemi dicae noticiae habue-
runt hi proficiebant, alij non item. Hic autem oritur
quaestio: Num ignorantia excuset. Est quidem ignoran-
tia, quae quodammodo excusabilis apparet, ut Paulus
ait. Ignoranter feci propter quod et misericordiam
consecutus sum. Planum est enim, qui Paulus zelo
quodam haec commiserit est. est autem duplex ig-
norantia, una eorum ad quos auditus verbi non
pervenit, aut quibus illud vel legere vel audire
non permittitur, et eiusmodi homines aliqua ra-
tione excusabiles videntur. Hic interiecit, cur ve-
rò nolunt legere, vel audire aliqui (taxans Caesarem
qui sibi quid vis praescribi à pontificijs sinit.) Altera
ignorantia est eorum, qui suadente malitia chri-
stum et verbum eius audire et scire nolunt, et hi
ex omni parte damnabiles sunt. Quod autem igno-
rantia Iudaeos non excuset, liquidè ex verbis christi
patet: Si non venissem et loquutus fuissem eis etc.
Nam christus polam in Synagogis templo et apud
turbas, verbum salutis annuntiabat. Sed quid actum?
clamavit, inquit sapientia in plateis et Iohannes bapti-
sta venit, vir auseta vitae et praedicans poenitentia
Hunc audire renuunt, christus venit mitis et benig-
nus, dulcedine sua peccatores ~~renuunt~~ atthrahens.
Hunc vinipotorem et socium publicanorum aut

meretricum vocant, doctrinam eius seditiosam dicunt benefacientem omnibus et verbum miraculis confirmantem, coecis visum reddentem, leprosos mundantem Daemones eiicientem, daemonium habere vociferantes etc. Et sic ut ipse ait; Similes facti sunt pueris in platea sedentibus, et dicentibus sodalibus suis: Cecinimus vobis et non saltavistis, ploravimus et non luxistis. Et quam tineo inquit, ne et germaniae hoc in suum sinum effluat. Ex multo tempore verbum Domini sincerè audivimus et non possumus ignorantiam praetendere nisi fortè hi, quibus id videre et audire non licet. Cum verò nunc persecutio instet, advigelemus et caveamus, ne ab eo relabamur, addidit autem Christus, nunc non habere iudaeos, quod peccata sua praetexeant non dicit: non se excusabunt, sed non habent quo se excusent, aliud est enim te non excusare, et aliud quo te excuses non habere. Natura enim hoc omnibus innatum est, ut in quo vis delicto se excusare homines conentur. Sic primus parens noster, Adamus, alloquente eum Domino ob esum pomi, ait: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de arbore. Eva autem dixit. Serpens decepit me ut commederem genesis 3. Videmus idem in puris, quantumvis tenellis, quid si admiserint, subito excusationem suis commissis praetexere. Sed non sic nos agamus: o dilecti in Christo, agnoscamus ingratitudinem nostram, et nos cum reste ad collum ante faciem Dei projiciamus, veniam petentes, nosque peccatores agnoscentes, ille enim qui non

audebant, ad coelum oculos attollere, dicens propitius
esto mihi peccatori, iustificatus dici meruit Hypocrit
vero iste se excusans et sanctitatem praetendens
reprobatus abijt. Concede igitur propitius a Domine
Deus, ut verbum tuum sit lucerna pedibus nostris
et eo audito perenniter adhaereamus. Idque per Iesum
Christum Dominum nostrum Amen.

Revertentibus nobis è templo, Liborius obviam fit
statueram autem Atrebatensem adire, sed tum con-
silium Liborij, et quod viglius in eadem platea ma-
sionem suam habuit, secutus, ac oportune viglius
et Seldus una ante hibernaculum nobis obviam v-
niunt. Per Liborium autem petij, quia hesterna
die ad pedes Caesaris me coniecissem, nunc eo mihi f-
vorem praestare velit, ut literae absolutionis con-
scriberentur, et is articulus, quod iam à Caesarea-
iestate acceptus sim, et quod ij, qui adversum nos a-
quid praetendere velint, nos iure conveniant etc.
Item quod specialiter in literis poneretur et me et
subditos in gratiam receptos. Eam ob rem, quod ali-
quod vicinos mihi infestiores haberem etc. Hij duo
Doctores, receperunt se concilio Imperiali petitio-
nem nostram relaturos, et suas operas ad hoc nob-
obtulere. Viglio autem non incommodum visum est, ut
per schedulam idem peterem, eamque consiliarijs tra-
mitterem. Nam se recta ad locum concilij tendere
Liborio igitur ut mentis nostrae conceptu papiro
committeret, iniunctum est.

Quaerela Paderbornensium Floro data est, ut ea perlecta, ex tempore responsionem conscriberet. Revixit fere Sathan, sed super est, qui caput contrivit serpentis.

Pransum est eadem apud comitem Wilhelmum â Nassa ubi Ladislaus â Hagen, Iohannes â Sein, Wilhelmus â Witgenstein, Otto â Schaumberg, Henricus â Liningen, Philippus et Eubulus â Waldeck, comites aderant; Adsuit quoque Marschalcus â Schaumberg, et quidam Dux Caesareani exercitus, Vitus â Velberg, supervenit et Conradus â Beumelberg eques. Marschalcus gloriabundus ait: Novi aliquid ex palatio Caesaris: Norimbergenses interim illud acceptarunt. Sicut Halenses Suevie idem quoque factitarunt semel aut bis sermonem iterans tandem comes Wilhelmus â Nassau vultu moesticiam animi praenunciante respondit. Profecto si receperunt, qui receperunt ignorant. Paulo largius hic potatum est.

Nota de Herba quae Anagallis dicitur, germanicae gruchsiel, quae in hoc mense Iunio evelli debet ac vino decocta et epotata, contra morsus canis rabidi remedio est. Quod Augustae nuper per comitem Wilhelmum, in auriga ducis Mauritij probatum est. Eodem vino plaga morsus canis debe cilliniri.

Dum coenatur Erasmus â Rumrodt Clijens Iohannis fratris nostri venit, nuncians Dominam novercam in vicinia esse, ut Augustam tendat et in Werda apud Danubium pernoctaturam

Hic Eubulus ringitur dubius quid faciat, ac cum Li-
borio consilium cepit, ratus quidem consultum videri
si eius adventus non expectaretur multas ob causas
verum non parva obstabant. Conventum itaq; ut
Chrastinum consultatio protraheretur. Posteaquam
autem Eubulus paululum somno indulsisset, illuscen-
iam die circiter tertiam parvi horologij, puer
pro Liborio mittit. Erat autem hic dies praecid-
neus Feriarum D. Iohannis Baptista, vel 23 Iunij.
Singulis igitur probè perpensis, visum est abitum p-
rare, quapropter et Liborius iussus, de biga in
usum sarcinarum, ut cogitaret etc. Eubulus vero
in templo minorum, D. Leonardum loco matutin-
rum precum ex cap: Iohannis 8. haec verba legi-
ego sum lux mundi, qui manet in me non ambu-
in tenebris, pro suggestu exponentem audivit.
Docuit autem quisnam haec lux esset, quae esset uni-
ca, quae esset, illuminans omnem hominem veni-
tem in hunc mundum. Item quomodo haec lux esset ap-
prehendenda. Item quod multi sunt, qui hac luce
neglecta, in tenebris palpitare amant. Item quoty
po Christus Apostolos apud Matheum Cap: 5. lucem m-
di diceret. Et quotquot illuminantur, mentem ab
huius lucis radijs lumen accipiant. Item quod nu-
lus unquam in hac luce ambulans, à tenebris in-
ferni, Mundi et mortis depressus sit. Et denique lu-
cem illam veram Dominum nostrum Iesum Christum

ita animis auditorum inculcare sategit, ut lucem illam amari, à concionatore ipso à nemine inficias ire posset.

Orat: Domine Iesu, splendor et imago Dei patris, habitans cum ipso et sancto spiritu in inaccessibili luce, qui te veridico duo ore lucem mundi dixisti, te humiliter deprecor, ut et me miserum, in varijs peccatorum tenebris palpitantem, tua illa luce illumines, quo in eadem luce reliquam exiguam meæ vitæ portiunculam, nè pedes animi meæ unquam ad petram scandali offendant, ambulem, inquam, in fide et charitate Dei et proximi, ut tibi ea, quæ tibi debita est gloria in me asservetur, quo idoneum membrum tui corporis Mystici effectus te cum patre et sancto spiritu laudem et confitear perpetim, qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

Liborius autem, quia heri post coenam oberaburger adierat, ac capitula literarum remissionis obiter viderat, summo mane eundem invisere illi commodum visum est, num capita literarum hodie conscripta essent. Sed nihil adhuc effectum erat.

Eubulus verò ædes D. Musculi petit, ipsi valedicens, enarrans, et audiens, quisnam utriusque modo esset rerum status. Didicimus autem quomodo doctor quidam ex senatu vel senatus Augustani à consilijs, ipsum adierat, longa verborum ambage et multas permeandi res consilium eius super

INTERIM illud expectens. At tandem narravit, Se
natum una et consules ob huius negotij causam
xios esse animo et non satis sibi constare, qua
nam in partem inclinent. Se vero (scilicet quae hae
dixerat) animi sui sententiam iussu Senatus in
vem quandam consultationem contraxisse. Quae
tantum capita detineret. Amicissime igitur Mus
tum rogare, ut compendiolum hoc ~~rogare~~ per
gere, ac suum consilium illi impartire dignar
Cui Musculus respondit: se ac suos collegas, sibi
Symmistas iam cum a Senatu super hoc requisiti e
sent et consilium et responsum suum decisse, et s
Clarius constare, quod in libro toto istius INTE
vix tres articuli sint, quibus sincere christian
subscribere queat. Et dixi inquit, Dominis meis c
sulibus, me una et caeteros nostri albi, donec
Senatum, (licet respectu nullius persona) Evang
licam doctrinam, pure et sinceriter docturos
pantur, Adversarijs ilia vel secus. Si autem Domini
mei verentur illis mei ergo quid vel incommodi au
pericli suae Reip. accidere posse, tum libenter pa
ar, ut mihi de alio loco provideant, et eo conduc
procurent, non enim conabor ipsis invitis et cont
voluntatem eorum hic concionari. Si vero ipsi
superius dictum est, me hic verbum praedicari, ut
hactenus factum est, velint, paratus sum usque ad ex
tremum vitae halitum, apud eos doctrinam hanc e

promulgare defendere, ipsæ què inhærere, Posteaquam iu-
ris consultus ille, sic Wolfgangum respondisse vidit
tum inquit ipse qui hæc dicis, tibi obticere non possum:
consultatum quidem esse in senatu, num ad tempus in ali-
um aliquem locum destinandus esses. Sed timuit Magis-
tratus te, qui iam annos aliquot, fideliter hic in ver-
bo Domini præfueris: si hæc conditio tibi offerretur
ægre laturum. Sin verò tua pace mihi liceret, re-
ferrem Dominis meis, quæ ex te audivi. Quare non ait
Musculus faceres? nam idem mihi adhuc est animus
ut iam ex me audisti. Abierat idem igitur Doctor,
senatui hæc enarraturus, quasi exiguus Musculus
nassam hanc non obolevisset, ed id temporis dum
ego apud Musculum in ædibus suis essem, senatus de
eo ablegando cogitavit. Didici et ibidem Sortorium
et alios decem Duces, pecunias habere et elargiri
ad parandum militem. Cum dicerem regem quoque Fran-
ciæ malè affectum esse erga eos, qui sinceriter ver-
bo Domini adhærerent. Non rex inquit sed parlamen-
tum, etsi interficiuntur ibidem christiani, imò ne-
cesse est ibidem christianos esse. Ait quoque mi-
rari se non satis posse, quod omnes, modo tam ab-
iectis et pavidis animis sint, ob minas tantum
cum tamen hæ minæ, certissima sint signa,
quod N. nihil vel perpetraturus sit, vel vi aggre-
diatur. Interrogavi ipsum quoque, si quid Domino
vito, suo nomine dici velit, ait: ut ipsum eius nomi-
ne salvere iubeam, ac ut mihi enarrasset, rem illi

detegerem. nam putare se, si à senatu dimittatur ut
ex verbis iurisconsulti illius aliud divinare non posset
se vel Basileam vel ad Bernates iturum, ad tempus
aliquod adhuc uxorem et liberos Augustae relicturus
Tandem mutuo nobis fausta, in christo praecantes, ille
domum suam, ego autem ad hospitium regredior
Johannes Gaselus ducentos et quinquaginta florenos
ad bimestre tempus nobis mutuo dedit.

Famulum ad Glaserum misi, ut si quid ad principem suum
literas dare vellet, eas ocius conscriberet, nam nos
sub octavam me hinc discessurum. Interim in hospi-
tio, quae ad profectionem necessaria erant parare
iussi.

Volebam et Dominum Nicolaum Maier convenire
verum is nondum à Duce Udalrico reversus erat.
Post septimam Liborius rursus Obernburger adit.
Ego Atrebatensem convenire statui. Ad curiam
autem praesulis statuens veniens ibidem Didonem
à Kniphusen inveni, ex hoc quaerebam quid Marschalcus
Papenheim pro more exactu illo deberetur. Respon-
nihil prorsus, nam non memini vel me vel comitem
à Retberg quicquam illi dedisse. Dum itaque de re-
dimendis literis remissorijs ut vocant, nos duo inter
eam confabularemur oportune Zwickenus, Astur-
cone vectus ibidem adest. Ex hoc igitur Kniphausen singu-
la sciscitatus atque haec edactus est illas infra ducentos
florenos non redimi. Nota autem aliam esse rationem
eorum quorum possessiones Caesar alicui ab eo vel

possessorem redimendas dono dederit, et eorum à quibus
Cæsar ipse mulctam accipit. Ex priorum enim largitione
aut propina cancellariæ, ut vocant hoc est scribarum
Sodalitio centesimus nummus cedit. Mos enim est tax-
am ut vocant, ut eorum verbo utar, literarum fieri
Sed ad Atrebatensem revertar. Animus autem erat
illum convenire, ac gratias illi agere. Sed tempus di-
labebatur, et timendum mihi fuerat, ne ante nostrum
abitum, Noverca urbem intraret. Quamobrem Cu-
biculario Episcopi, quæ hero suo refferre volebam,
mandavi, ac illud consilij cepi, ut Pinzingero Præ-
suli à secretis taleri decem pro honorario dona-
rentur, ac is nos quod Episcopum excusatos haberet
et causæ nostræ, si posthac eius opera indigerem,
sedulum sollicitatorem ageret, quam pecuniam
Liborius à me accepit. Nam is Augustæ adhuc
pernoctaturus erat.

Deinde comitem à Nassau peto, qui nos mensæ asside-
re, ac ientaculum secum sumere iussit, A ientaculo
ipsi discessus mei rationem indico, gratias illi pro suis
beneficijs, et collata pro me opera agens, offerens
mea officia, et sic eum valedicens. Donavi inte-
rim illum equo, dedit et ille mihi caballum, non
permutationis ergò, sed ob causas quas hic Chartis
mandare supervacaneum est.

Perplacuit mihi hæc vox hominis dum dicerem ro-
gare me Deum opt: max: ut ipse quoque cum leticia
et commodo tandem causæ suæ prosperum exitum

nancisci possit etc. Respondit Secura est mihi consci-
entia et Iestem ~~mihi~~ invoco Deum, quod nihil appeta
quam quod mihi iure divino et humano deberi scia
nec hoc ipsum quidem omni ex parte integrum reddi
peto, modo aequitas mecum servetur.

Rogavi eundem comitem, ut me apud Archiepiscopum
coloniensem excusatum haberet, ipsique quod pro me in-
tercedere dignatus sit, gratias ageret.

Philippo quoque à Homberg iniunxi ut me apud cognat
Archiepiscopum Treverensem excusaret, ac nonnulla
illi referret.

Wilhelmus Comes à Witgenstein, nobis valedixit et
nomine comitis Iohannis à Seyn locutus est Von
Hauß Loer.

Tandem ad hospitium revertens, hospiti pro singulis so-
lutionem fieri iussi, coco diploicam sericam dedi.

Iostus trabes et tigna sibi dari cupit.

Selci Doctoris uxori, taleros quindecim in honora-
rium misi.

Catenulam auream, pro decem et septem taleris et
quatuordecim batzis ab Ottone aurifabro in xeni
uxoris emi.

Lindius ea quae illi committebam, (nam Florus
quoque recessurus erat) optima fide se executurum
promisit.

Pileola holoserica, quinque in usum filiolae et pedisse-
quarum, ab hospite nostro emi.

Lindio taleri duo dati sunt.

Tandem magister Glaserus venit, nobis prosperum ite

praecatus, ac literas ~~per~~ ad principem suum nobis tradit.
Hospitis uxori liberis et familiae in propinam ut vo-
cant taleri octo et batzi sex dati sunt.

Porro Liborio iniunctum ut in tertiam usque ab hinc die
Augustae commoraretur.

Nota quod quanquam Hermannus a Vierium apud nostra-
tes gloriatus sit, se literas, ut ita loquar, protectorias
a Caesare habere, tamen non minus hic consiliarios
Imperiales de redditibus ac facultatibus suis diligen-
tissime inquiri. Adde Viglium dixisse, videat Her-
mannus quo theseo has literas nactus sit. Item de
Wulphila intus et in cute nomine et relupo.

Interrogaverat quoque Viglius Kniephusen quidnam
rei comitibus a Waldeck cum Baronibus de Beuren
qui in campis latissimis Sentfelt in castro Beuren
commorarentur esset.

Nos rogavit hospes, ut si qua fieri posset, operam da-
remus, Dominam novercam apud ipsam hospitari,
quod ipsum in gratiam hospitis apud Iostum Colbeche-
rum et Melchiorem Lindium obtinui, ea lege ut hos-
pes hebdomatim tantum taleros 10 acciperet.

Philippus igitur equos conscendentes, nam is meo mo-
nitu ut matri obviam fieret, ego ut maliciae nover-
cali et hospitio et urbe cederem, sicque die Sabbathi
vicesima tertia iunij Augustam comitante nos Iohā-
ne Galacteo, Henrico Etzdorfio, Casparo Roman et
Ludovico servo liquimus, quam die Sabbathi decima

quarta Aprilis intraveramus. Nec interea noctes diesq;
alibi degimus, Faxit Deus, ut felicior sit in patriam pro-
fectio, quam ad Sueviam et Vindelicos fuit peregrina-
tio. Et benedictus sit idem Deus, qui me in tantis ten-
tationibus et animo et corpore incolumem, et ex omni-
bus Aquilarum et omni expectatione omnium inimi-
corum, eripuit. Donetur ex corde laudem nomen eius
solius in perpetuum.

Inter equitandum Philippus frater noster rogavit, ut
ut si Deo auspice, patriam contingere mihi daretur
ut eius et fratrum quoq; Dinostiae rationem haberem,
addens, aliquando meditarer, quibus vijs dissensiones
inter nos componi possent, ac nescio quid intra buccam
murmurans. Cum interrogarem quas controversias
diceret, ait inter pagos Twist et Bruckorff. Respondi
pro tempore, quae ad pacem facere putavi, non neglecta
interim veritatis ostensione, ut vel palpari posset
quid velim. Concludens, nullas omnino inter nos dis-
sensiones fore, si eum in me animum gererent, quatenus
meum in ipsos, praeter alias modo hic Augustae ex-
perti essent, et eos quorum omnia non ignota, qui
oleum camino (ut in proverbio dicitur) suffundunt,
vel a se amoverent, vel saltem cohercerent. tandem
q; recepi quae possem lubentissime me facturum.

Transeuntibus autem Wermitzium fluvium, vel quod
fluvio nomen est, et appropinquantibus casulae illae
in viam verdam euntibus, Iustus puer quem frater
Philippus permiserat cum Adolpho rursus nobis

obviam veniunt, dicentes matrem in pago Wersthofe
et pransum esse et isthæc Philippum expectare, ut eam
Augustam deducat, ac paululum progressus, ac iam pagum
intrantibus, nescio cuius iussu dixit Adolphus. Domina
matrem rogare, ut Eubulus quoque eam alloqui vellet.
Itaque eam in taberna reperientes, quæ ubi nos con-
spexit, foras obviam concedit, et hilarem præ se fe-
rens frontem, nos amice excepit. O mirabilem Dei
sapientiam et bonitatem, cum sub eodem coelo in eodem
comitatu vix interdum mille stadia distantes, No-
verca et ego intra annum et sesqui affatu dignati
nos invicem non simus, in videlicis gestientes collo-
quimur. Illa autem præter mutuam honorificam
salutationem, quærelas iocis et seria iocundis mis-
cens, de multis locuta est. Ast vide, quam vere
vulgo dicant: Rara calamitas una sola venit,
dum intra hibernaculum sitim levamus, accurrens
soror Catharina matri ait: Berhardum antigam
sanguinem ex naribus et ore stillare, et fere ex-
animem humi prostratum iacere. Accurrimus
igitur omnes, admovetur lapis sanguinem sistere
suetus, aqua frigida, radices et nardi semen. Tan-
dem à terra levatus paululum respiravit, sed
nondum mutire potuit. In mentem autem nobis
venit, de laguncula stannea, quam puer noster
in pera gestabat, accepta igitur de puero laguncula
paucæ guttulæ aquæ illius (quam vitæ apellant)
opitulante Deo adeo refecerunt, ut et fari et nos

agnoscere cœpetit. Mire autem hoc infortunium evenit.
Dum autem frater philippus & ego Novercæ viæ tedium
levare conamur, ac famuli equo insidentes & fortè largius
litant, auriga hic & vino & somno obrutus, equo dormitans
insedit & dicto citiùs in terram prolabens, tanto casu ut pronus
super faciem nares finderet, non aliter ac si securi a quopiam
vulneratus esset. Sic cruore ore auribus & nasibus profluente
pene hominem suffocaret. Iussu itaq; Dominæ suæ bigæ impositum
Augustam veliunt. Nocierca quoq; nos rogavit, ut ejus nomine
Uxori salutem dicerem (mirum in modum Anastasiam laudi-
bus extollens) jussit ac subditos suos fidei nostræ commisit. sed
multæ res nec frigidæ nec tepidæ sunt at palatum aridum quam
minimè refrigerant. Dedi sororculæ in munus honorarium coro-
natos quatuor. Posteaquam vero apud ipsam horas duas trivimus
mutuo bona imprecantes, & Novercæ nec non & sororculæ vale-
dicentes, illa Augustam comitibus sorore & Nympha Schaden
Elsa ac Birgel, ac in equitatu habens Conradum a Geismar & Jo-
hannem a Wolmerckusen juniorem recta petit. Ego vero ubi
Philippum fratrem convenissem ac me illi commendassem
Vuerdam properè contendo. Vuerdam autem veniens
interea temporis quod Augustæ fui intellexi Uxorem
hospitis mei è vivis excessisse. Det illi Dominus beatam resur-
rectionem. Hospes quidem tum domo aberat sed sub noctē
reversus ait: Ementitam esse gloriationem illam quod
Norimbergenses INTERIM illud recepissent.
Vuerdæ in eo sentaculo ubi princeps noster Antinæ Ae-
tus est, Aulicus quidam ex famulitio Alberti marchionis
nobiscum caeravit.

Ibidem quoq; primum audivimus de Conrado Penning, qui millia aliquot peditum conduxisse dicitur.

24 Iunij Verdae ad Iamibium Liborius et Adrianus expectandi erant. Ibidem autem, quia et Dominicus dies et una sacra concio habita est. Nam infra septimam et nonam horas, Ecclesiae magister et ludimagister cum sodalitio Scholastico introitum cantabant. Deinde aliquis Ministrorum verbi populo spiritum Domini imprecatus est: Collectam in nostro idiomate decantavit, qua finita, Minister suggestum ascendit: Legens Epistolam ea Dominica pro veteri Ecclesiae more legi solitam. Ac in ambone expectans, donec Alleluia decantatum erat, post quod idem minister Evangelium ex Luca capite 6 legit scilicet. Estote ergo misericordes, sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare et non iudicabimini etc et sic ille abijt. In choro vero qui concionaturus erat. Credo in Deum canit, ac ludimagister et reliqua Ecclesia. Symbolum suscipiens, germanice illud complet. Interim Concionator Ambonem conscendit, paucis praefatus, invocato nomine divino, et dicto oratione dominica, Evangelium non ut moris est relegens, sed statim expositionem eius aggreditur, dicens. Audistis in enarratione capitis huius ante paucos dies et huius iam lecti Evangelij textum. Animadvertendum vero est, quod Christus his verbis duo admonere voluit, unum ut discipulos ad futuram persecutionem praemuniret

quod haberent quo se consolarentur. Arbitrabamur
enim quod non sint condignae passiones huius mundi ea
quae revelabitur gloriam etc. Dixit enim ait: Ego
mitto vos sicut oves in medio luporum etc. Alterum
quod doceret discipulos discernere Evangelicam iu-
sticiam à iusticia legis. Quanquam Christus hic non
loquatur de iusticia salvante. Nam Salus per Chri-
stum ex misericordia gratuita nobis venit. Nimis
enim exile et tenue est ad salutem omne illud
quicquid nostris operibus efficere possumus. Sed
Christus hic docere voluit, quomodo nos erga pro-
ximos nostros gereremus etc. Et quid sit quod scriptum
est: misericordiam volo et non sacrificium. Hoc
loco autem concionator, quid misericordia sit di-
serte exposuit, et qui ea praestanda sit adiiciens
non solum misericordiam dici, quod mendico aut
~~stipendi~~ petenti stipem aut nummum largiaris aut
amici vel aegrotantis vel afflicti vicem doleas, id
enim teste Christo etiam Ethnicos facere. Sed
id esse misericordiam, sicut pater Coelestis mise-
ricors est, qui solem suum admirabile illud lu-
men et bonis et malis lucere sinit, qui in agro ho-
minis timentis Deum segetes crescere et in
agro ἀθέου, aeque fructus uberiores dat etc. Ut idem
hoc multis de benignitate Dei Patris humano ge-
neri praestitis beneficiis quotidie videri docuit.
Nec opus est ait, ut in hoc multum temporis

teram. Si enim ipsi nobiscum recolimus, quæ singuli
beneficia à Deo quotidie consequimur, quisque abundè
satis in se ipso hæc vera esse comperiet. Ea autem
vera est misericordia, ut erga omnes pios affectu,
æque benefaciens hosti et inimico, ob Deum ac ami-
cum amare. Nam directè opposita sunt, Sprach er
Barmhertzige, quasi dicas Warmhertzig Und Kaet-
hertzig. Oportet enim ut hæc misericordia fiat ex
flagrante charitatis motu etc. De non iudicando
præclare quoque docuit, asserens quam hoc vitij modo pas-
sim regnet. Et hic iussit, ne omnino privati iudicare-
mus de religionis statu, sed Cæsari, Episcopis, pasto-
ribus et magistratibus secularibus relinqueremus,
ac quisque se suo pede metiretur, suæque salutis ratio-
nem quisque haberet semetipsum iudicando, nam tum fie-
ri ut facilè aliquid mantica aliena oblivisceretur.
Attigit et obiter eundem Apologum de duobus manti-
cis. Iudicare ait esse sententiam in aliquem dicere
Condemnare verò esse quiddam maius, quod is qui
condemnat iudicati poenas conscribat et promulgat.
Nec tamen hoc dicere omisit, qualibus personis
iuditium permissum, nimirum parentibus in libros
concionatoribus, verbo et per verbum in populum.
Exemplum Prophetarum Christi et Apostolorum
nec immemor etiam festucæ et trabis. De contro-
versijs religionis ad eo præmeditatè et circumspectè
loquebatur, ut nemo se carbone notari quæri posset

Pie autem sagax facile olefaceret, dolorem hisce te-
poribus, ex abstrusissima illa interimmitica con-
troversiarum religionis conciliatione. Iubens nos
insuper arbores bonas esse etc. Et quid multum
ne iota quidem inexcusum reliquit. misereatur no-
stri Deus, ac ne germaniae hos viros Sathan in-
videat. Inter beneficia autem Dei illud potissimum
exaggerabat, quod Deus hisce temporibus germania
tam luculenter verbum suum largitus fuerit
ut in nulla vel regione vel loco non annunci-
atum est. Sed inquit quid nos fecimus ingratissimi
omnibus vitijs habenas laxavimus. Et ne unus prin-
ceps fuit, qui vel mores immutare voluerit, ita
ut iustissimam hanc persecutionem, et maiora his
commeriti simus. Et quod peius ac maius est, nec
nunc quisquis est a persecutione, qui in arborem bo-
nam excrescere cupiat. Est consternatio animo-
rum, ubique magna et quaeruntur media, verbo aut
obedire et tanta beneficia benigni patris agno-
visse memo est qui velit. etc.

A concione obsecrationes fieri iussit. et profec-
nemo satis ardorem praecantem in hisce regionibus
mirari posset, quod compositissimi gestus facile in-
dicant posteaquam ambone Ecclesiastes descendit.
Ludimagister cum pueris psalmum germanice ve-
sum cantavit. Minister populo pacem praecatus, ora-
tione perlecta in nostro Catalecto populo Amen

respondente, rursum minister: Benedicamus Domino cecinit et cum benedictione populum ecclesiamque dimisit. Et hi sunt ritus ecclesiastici apud Verdam Danubij.

Dum pranderemus, venerunt scriba quidam Ducum Luneburgensium et servus Nicolai de rotdorff qui Cardinali Augustano viginti caballos adduxerat Nam carnibus equinis etiam purpuratorum rubij Draconis gratia emenda est. Idem quoque rursus Episcopum Bremensem Augustam profectum dixit, annuncians quoque mortem nobilis et prædivitis multis donis præclari viri Simonis de Vendt in voren holt. Faxit christus ut illum cum omnibus sanctis in illa die videre valemus. Sit pax vivis et requies defunctis in populo maxime christe tuo.

Hospes Johannij Friderici Electori, currum suum mutuo dedit, ad advehendam cerevisiam, et Schwabach qua tum elector loco Turgicæ utebatur.

Hospes nos donavit oratione Electoris, ex qua facile constantia eius metiri est. Memento eius o Domine secundum bonitatem tuam.

Rumor ferebatur Marchionem Albertum captum esse sed vanus hic erat.

Sub undecimam per alium Ecclesiasten, habita est sacra concio de Symbolo fidei nostre, hominem quidem non indoctum, qui ita authoritate quadam et christiana scientia capita fidei nostræ perstrinxit, ut miror si ipsi alium in hac re sibi pare

habeat, dum eius compositos mores et eloquentiam scrip-
turarum scientiae iunctam consideres. Potissimum ant
tertium martem fidei. Credo in spiritum sanctum
cum quatuor adhaerentibus articulis declaravit,
vita aeterna inqt duplex est, Bonis sua et malis sua

Eandem circiter horam nonam pomeridianam dum
à coena deambulabamus, fortè in platea respici-
entes inopinato conradum Milchling à Schonstadt
nos accedere videmus, qui literas à Domino Soeru
et uxorcula detulit, ut à mercatoribus mille flor
nos mutuo accipere possem fide matris haec prin-
ceps officio functo nil amittit, quod ad levamen ho-
rum calamitatum faceret.

Decia nona iunij die Walpurgis comitissa à He-
neberg vidua in Honlo, à marito suo Carolo à Gleich
in Granichfelt introducta est.

Avus uxorcula salutem nobis annuntiare voluit.

Etiam in Beierzdorf sinistra fama est de capti-
vitate Alberti marchionis.

Iohannem nobis à pedibus Schonstad post tergum re-
liquit, qui et ipse literas è patria nostra affert.

Auff der donner zu werth, hat mir gott gute an-
wort beschehret.

25. Iunij Verdae intra quintam et sextam horas, ide
qui heri ante meridiem concionabatur ex cap: 6
Lucae haec verba legit: Veruntamen vae vobis di-
vitibus, qui habetis consolationem vestram, vae
vobis qui saturati estis, quia esurietis. vae vobis
qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. Vae

vobis cum laudaverint vos omnes homines. Secundum
hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum etc.
Scitis inquit triplicem usum esse sacrarum litera-
rum, aut triplicem earum operationem. Primus est
ut facienda et omittenda doceat Romanorum 15, Alter
ut moneat à quibus nobis caveamus etc. De prace-
dentibus in expositione proxima audivistis quomo-
do discipulos de instantem persecutionem Dominus
commoverit, et beatitudinem hanc paupertatis non
de opum carentia, sed de spiritus submissione in-
telligi. Sic quoque hic, non de solis divitibus impta no-
men loquitur, sed et de securis et superbis spiritu.
Sed vide amus inquit, hæc quatuor. Primum va vobis
divitibus, vocula va cordens arumnarum, et
perditionis comminatio est, ut passim in scripturis
videre licet etc. Quia hic consolationem vestram
habetis etc. Non quod esse divitem peccatum sit,
Cum multi patriarcha Abraham, Isaac, Iacob, nec non
et Loth divitias possiderunt, sed quod divites animo
elati solum Mammona adhærentes et domus Dei abni-
tuntur, neglectis verbo Dei et pauperibus. Et nor-
mam Davidis: Divitiæ si affluunt nolite cor appo-
nere non sequuntur. Nam hæ sunt spinæ, quas
Dominus dixit suffocari semen ne exoriatur et
fructum ferat. Et similiter Dominus ait. Facilius
esse Camelum per foramen acus transire, quam
divitem introire in regnum coelorum. Habent

autem dicites animum suum et amicorum multitudine
Volentibus autem nobis ea quæ in memoria tenebamus
hic ascribere. Venit Johannes Galateus dicens, quod
mox à concione Wardensis concionatoribus suis gratias
egerint, ac veniam abeundi concesserint. O triste
et omnibus seculis deplorandum mutatum. Va, va, va
omnibus qui horum consiliorum participes sunt, et bo
num mihi dico quod Deus postremum liberam huius
viri concionem audire largitus sit. En vocavit ho
minem ad præmium. Et inter concionem quæ sexta
finita erat et undecimam hæc intercidunt. Sperabam
tur autem de manu Domini meliora; Bonus hic et
doctus, quasi animus quid eiusmodi præsagiret, inter
concionandum dixit: Divites omnia ad opes, voluptates, et nomen bonum, sive per fas sive nefas consequuntur, referunt et si quia evangelium recipiunt ita recipiunt, et tamen interim multis commoditatis carere velint, quod et nunc persecutionis ingruente videmus, multus enim Principum et magnorum procerum est, qui in gratiam verbi, velut minimum quid opum suarum velit vel negligere vel relinquere. Et si forte regimenta relinquenda et voluptates ob Evangelium contemnendi non solum verbo Evangelii, sed vel Christo ipso in totum renuntiandi sint.

Orat. Domine Jesu Christe, qui huius mundi odium et persecutionem in ipsos predicere voluisti et multis modis animos eorum confortatus es. Ex Domine

invenimus nunc nos hac mala omnia et nihil superesse reliqui videtur, nisi quod pollicitus es, te permansurum nobiscum usque ad consummationem seculi, da ut possimus in tentatione hac gravissima subsistere, quo te veniente levemus capita nostra, et de tua gratuita bonitate coronam gloriae, cum omnibus electis tuis reportemus. Idque propter summam bonitatem tuam Domine. Cui cum patre et sancto spiritu honor laus sit et gloria.

Eadem venit Iohannes nobis à pedibus à Iohanne Galacteo et Hermanno Nellio nobis literas afferens, Coloniensium et Monachorum in comitatum nostrum infestationes concernentes. Detulit et literas ad eisdem ad Liberium.

Nota qui fieret quod Hermannus nihil de pecunia rescripserit.

Nepotem nostrum Samuelem nondum quoque Waldecam appulisse.

Vidimus eadem verba domum Antonij Fuggeri inter moenia urbis, magnarum opum ostentatricem. Regia esse posset habitatio, camini aliquot ex marmore, candido non tamen pario sed Eistatense tabulata ex ligno varij generis, laquearia deaurata, vel potius aurum ficto colore ementita ut de pavimentis affabre planatis taceam, sua planicie superbientibus. Et cum alij ex virentibus pratis hortos Dedalios magnifaciunt, hic videre erat in pavimento, ex asseribus dolatis, miro insinuamine structis lineamentis per gyros et meandros, ex quibus deambulas

difficulter se nisi lineamenta transileat, eruere potest
sed sint suis divitibus opes qui forte Civitatem per
manentem hic ædificare statuunt. Inde redeuntibus
nobis, hospes noster Æthiopem Cursorem qui Hispano
Custodiæ Principis Cattorum præfecto à pedibus ser
vit conspectus, hominem ad se vocavit, quem ubi de
Principis valetudine, et quonam locorum nunc ass
varetur interrogaremus respondit: sub noctem cum
Capitaneo meo in Hala Suevorum pernoctabit. In
ea enim urbe Hispanicus exercitus, una cum Lanit
gravia menses duos transiget. Iussi igitur Æthiopem
nobiscum prandium sumere. Ostendit insuper et nobis
inscriptionem literarum manu propria principis
nostri ad Erasmum Hispanicum Secretarium Cæsaris
exaratam Talerum quoque illi dono dedit, et pollicitus e
se meo nomine debita mea officia principi ablatur
Volebat vero Æthiops adhuc eadem Augusta contend
Repperi in hospitio Dominum Martinum Cæsarem cu
Iohanne Galacteo sermones conferentem, ac una
pransi sumus. In prandio sermonibus, ut tempus fere
bat, animos recreabamus. Actis gratijs à prandio va
rios sermones ego et Dominus Martinus fudimus.
Est enim vir suavissimæ consuetudinis ostendit
nobis scriptum, quo senatui Werdensi ob intricati
interim responsurus erat, tam ipse quam Symmista
eius. Habuit hic Martinus patrem qui et ipse eccle
sijs in Ecclesiastico munere præfuit nomine Iohannem
Cæsarem, qui filios sex literis institui curaverat

quorum quinque ministri verbi sunt, sextus Ludimodera-
tor in Chispach. Fuere vero fratres germani
novem etc. Ita invicem contulimus de causis
religionis, ut utriusque animus probè explicatus sit
Tandem Causam Deo committentes, eam quae pios
decet amicitiam inivimus. Stipendium eius fuit an-
nuc floreni centum monetae Suevicae.

Eadem Martino et suo Symmistae, senatus per tres
viros, non solum verbi ministerium sed omnium
quoque sacramentorum Administrationem prohibuit,
praecipientes quoque ne posthac templum tanquam
Parrochi ingrederentur nullam causam praetenden-
tes, nisi quod civitas eorum non ea esset, quae posset
Caesari resistere. Certe pusillus grex Christi, qui Do-
mino nec in hoc oppido defuit, ob amovendum pasto-
rem moerore afficitur, et Martinus animo christiano
fert hanc iniuriam etc.

Nota de fidelitate Conradi Coci.

Werda habet Domum Teutonicorum ut vocant
et Coenobium Benedictinorum cui Abbas praest.

Werdae desidentibus et expectantibus Liborium
et Adrianum: En inopinate cognatus noster Iohannes
à Retberg nos in hospitio adijt, rogans ut cum eo
Coeneremus, cui dum morem gerimus, Iohannem
ab Ungenad Austriacum Baronem in eodem hospitio
cognati nostri esse, agnovimus, qui iuxta cognominis

sui Etymologiam veritatis patronum praestans (ut e
homo verbi divini et pietatis amans) minus favo-
ris apud Ferdinandum contraxerat, qui ab Augusta
huc venerat, quo sibi comparato navigio Lynceum
Austriae navigaturus erat.

Nota de parricidiali odio Civitatum vicinarum in
Augustanos et Ulmenses, quod complurimum de sua
fortitudine et constantia, de suis munitionibus
et propugnaculis, gloriati sint, tam leviter omni-
bus quae Caesar voluerit, subscribserint.

Nec hac die ullum nuntium de nostris, quos Au-
gustae reliqueramus, habuimus.

Comes à Retberg nobis retulit, Comitem de Bla
cum Sabbatho die Elapso illi statuta dies ad su-
mendum Capitale supplicium esset, ante semihoram
eius temporis, nescio ob quorum intercessionem à
Caesare vita donatum. Certum quoque est, is cum intra
palatium Caesaris duceretur, ac in hibernaculo qui-
dam selus dimitteretur. Venisse Doctorem quem
Acaldam Caesaris vocant, ac eum his verbis allocutum
fuisse: Generose et gratiose Domine comes, misit
me Caesarea Maiestas C. T. dicere eam intra
horas tres vivum et mortuum futurum. Cura
igitur quae disponenda tibi videntur: Ad haec
ille nequit aliter fieri, et sic Caesari visum est
omne negotium Deo commisi, et iam nunc mori
paratus sum. Dimissus igitur per breve intersti-
tium temporis in hac deliberatione, sed idem Doctor

reversus est, dicens Domine comes insistit Caesarea Maiestati tibi indicari, quod te vita donatura sit. et hac comes. Gratias ego sua Caesarea Maiestati pro tanta clementia. Verum si in potestatem vel custodiam fratris mei Cancellarij Vngariae dedor, rogo ut sua Maiestas potius me sub gladium mittat, nam nunc sub hoc ipso articulo temporis mori paratus sum. Nunc autem in familitio regis Ferdinandi est, praestolatur quid illi eveniat.

20 Iunij Verda Celebratum est infaustissimum et omni aevo deplorandum silentium, nam eius qui coelum et terram, cum omni eorum ornatu fecit. et solem suum super bonos et malos radijs suis irradiare sinit, Verbi praecones obticere oportuit. Caro et sanguis et pulvis, cinis et putredo vas figulum suum et creatorem, creatura silere insserrat. Osterde eis o Domine quod Deus sis.

Cant: Domine Deus misericors et iustus, ecce coram te manus nostras. et cor nostrum expandimus, confitentes et eiulantes, quod iniquitates nostra supergressae sunt, numerum arena maris, et transgressionibus nostris et hoc enorme peccatum ingratitudinem erga sacro sanctum verbum ita probe comminationem illam insustentabilis irae tua commeriti sumus, et affligas nos fame, fame inquam malesuada et interimente, tum corpus tum animam non quidem panis sed salutifici verbi tui. Attamen confisi de bonitate tua magna posteaquam non solum pane vivit homo, sed de omni

verbo quod de ore tuo procedit, iuxta praescriptum Domini, et liberatoris nostri Iesu Christi, ex toto corde oramus, panem nostrum da nobis hodie quotidianum, cumque Davide servo tuo adiuvante nos spiritu sancto tuo inclamamus, ne auferas verbum a corde ore meo. En benignissime pater iussu filij tui petimus, non dabis lapidem petentibus panem, panem pater animae. Idque te deprecamur, ob eum in quo nos ante constitutionem Mundi, dilexisti, unicum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum. Qui tecum vivit et regnat cum sancto spiritu in secula seculorum Amen.

Eadem Retbergius a Werda abijt.

Conradum Galacteum a Schonstadt Noribergam remisimus, ut videret, num Christophorus Feurer ibidem esset. Nam ad Mathiam Maler, et Paulum Hundertpfund Augustam mittere nimis consultum videbatur.

Profectus est et hodie hinc quidam Aulicus ex Henenbergensis Principis familia, qui magistrum Glaserum reducturus erat.

Eadem Adrianus ab Augusta veniens, literas Liborij attulit, et idem hesterno die nondum Augustanis conciones interdictas esse retulit.

Fratres Colbecheri male cum Domina Noverca conveniunt.

Equus Adriani taleris septem constitit.

Acceptis igitur ab Adriano literis et equis ephippia imponere, et ientaculum mensae apponere iussimus. Martinum Caesarem, qui alioqui mandato Magistratus ~~in proposito manerent~~ tamen non omnium

mandato à sacris vacabat accersentes. Martinus et ego con-
venimus, ut si sui magistratus in proposito manerent
nos inviseret, exploraturus, num in ea regione commo-
rare poterit. Taleros quatuor in viaticum dedimus.
Ac bene illi ac hospiti precantes, iter Weissen-
burgam suscepimus. Item Hospiti, quæ Liborio, qui
nos subsequuturus esset, diceret, iniunxi. Ille rursus
rogavit, ut hospiti in Weissenburgo dicerem Leonar-
dum Vidmarchter ad insigne Leonis aurei, crastino
vel perendie cum pecunia pro lana Weissenburgi
adfuturum. Paululum ante octavum Werda equos con-
scendimus et ante secundam Weissenburg intramus.
Verda hos versus scriptos legimus.

Fictos describam monachos studiose peroptas
Qui præter vestes nil pietatis habent
Pendula nodosa cappa dolosa ligneus et pes
Hæc tria undipedes ducunt ad tartara fres.

Inter Weissenburg et Werdam oppidulum est
Monheim, olim Ducis Ottonis Henrici, nunc Cæsaris
iure belli. Ante huius portam Weissenburgam eunti-
bus, videre erat corpora tria tribus rotis disposita
virorum obesulorum, et qui iusta tibiarum et bra-
chiorum robora habebant. Hi ob depredatos His-
panos, vel potius quod perpetuæ prædationis ab His-
panis vindictam sumere volebant, rotis contusi sunt
nec quicquam indumentorum illis carnifex reliquerat,
præter femuralia vix pudenda tegentia, præter
omnem germaniæ morem et pudoris iura etc.

Non procul à Weissenburg obviam nobis fit Wolf Bra-
bender nuncius noverca. Nullas verò nobis literas
afferens.
Weissenburgi in superiori hibernaculo parieti hoc
distichon inscriptum legimus, ut nobis videbatur in
mitigationem doloris optimi Ducis Iohannis Friderici.

G. H. Sijbenbergius KS.

Perfer et obdura dolor hic tibi proderit olim,
Rursus enim Christo vindice victor eris.
Weissenburgi cognatum nostrum à Retberg qui in
aliud hospitium diverterat, coena excepimus.
Hospitati nos sumus apud petrum Eden qui tamen
sero sub noctem domum reversus est.
Conventum est inter me et cognatum ut una Norin-
bergam peteremus.
Weissenburg inter tertiam et quartam horas ante
lucanas equos conscendimus, Norinbergam verò cir-
ca primam pomeridianam parvi horologij pervenimus.

Otium pulvinar Sathanæ

Comes à Retberg autem et ego ieiunij à Weissenburg
abijmus. Quia igitur Norinbergæ pransum erat, horæ
quasi duæ expectandæ erant, antequam latranti sto-
macho mederetur. Missus autem sive epulæ quos hos-
pes apposuit hi erant, novo ut nobis videbatur more
Primo cancri cocti, irritantes magis famem quam
sedantes, deinde pulli gallinacei ad ignem torti et
semicrudi, cum capperis appetitum provocantibus.
Postremo caseus, cerasa et siliquæ pisorum cum

herbis et stramine, ut è terra erutæ erant, et id ipsum Norimbergicis solenne bellaria ita apponere esse.

Eubulus autem mox à mensa consurgens, animam quoque pascere cupiens, assumpto Etzdorfio ædes viti petijt. Qui ut primum nos adesse audit, iubet uxori ut nos ad ipsum intra cubiculum duceret. Optimum autem virum lecto cubantem, nec manum nec pedem movere valentem, ac sufferentem cruciatus ferè omnium morborum, reperi. Post mutuas salutationes de varijs confabulati invicem sumus, interrogavit quonam in statu res nostræ Augustæ fuissent, de quibus prorsus nil celavi hominem, quin et insuper retuli, quæ verdæ, dum illic fuimus, acta sint, et de quibus cum Martino Cæsare contulissemus. Item illi diximus famam sparsam esse, Noricos INTERIM illud interimens, approbasse ac suscepisse. Respondit ingenuè: Verum est suspirans ac quasi lachrimabundus, et simul ait illud factum esse inconsultis concionatoribus omnibus, nec illi quidem INTERIM illud ad legendum exhibitum; ad hæc cum rescivissent senatus, vito aliunde exempla istius libri missum, per senatorem aliquem illi mandarunt, ut eum libellum nemini ultra mutuum daret, insuper ut omnino se abstineret, quicquam vel contra vel de hoc libello ad quenquam scribere, ne vel se ipsum vel urbem Noricam aliquo incommodo afficeret, probè enim ipsi prospectum esse, quas turbas ante hac scribendo moverit (hoc autem dictum erat de literis viti ad Brentium ab Hispanis interceptis

Addentes insuper minas, se asperrime in ipsum ani-
madversuros, si aliter ab ipso fieret. Quid ageret
miser? qui vix linguam ex omnibus corporis mem-
bris volubilem habet. Respondit tamen super hac
tonitrua, Cæsar sub suo nomine librum hunc in pub-
licum prodire voluit, et vos Domini mei hunc coe-
tare vultis? Is vero modo penes nos non est.
Quod autem prohibetis me scribere non gravabar
vobis obedire, quia nec manum nec pedem movere
queam. Sed Deus bone quam vereor, ne vobis ma-
li quicquam hoc institutum prætendat. etc. Consules
vero et senatus, diem unum et alterum perpetuis con-
sultationibus insumunt, quid faciendum sit super
hoc interim et maxime quod Doctor Henricus Hase
et Dominus de Lyra Cæsaris nomine iam dum No-
rinbergæ præsentes pro responso sollicitarent. Tandem
victo ~~victoria~~ verecundiæ pudore Christo gra-
tiam Cæsaris præferunt, ac interim recipere sta-
tuunt, ac solum Osiandrum cæteris concionato-
ribus neglectis, ad se vocant, huic quæ Cæsar se-
natui mandarit, simul et terrificas minas ipsius
exponunt. Andre æque, super hac re consilium
petunt. Quibus auditis Osiander ait. Consilium
hoc apud vosmetipsos habetis. Nam mihi vi-
deor iam vos eo spectare, ut pedibus in Cæsaris
sententiam ~~eunt~~ eatis. Verbum autem Dei et assi-
duus huius comes vius homines requirit quicquip-
piam vel eius gratia amittere vel impendere
velint. Cum autem vos ij sitis, qui commoda vestra

magis et tranquillitatem respicitis, potestis accipere.
Ac sic dimissus est.
Consules autem et Senatus, convocatis primoribus
urbis, et iis qui telam hanc texi volebant, dicunt.
Quia Cæsarea maiestas (iis enim audientibus INTERIM
illud lectum est) hæc quæ legi audistis, cum Electoribus
principibus et ordinibus imperij ordinavit, et hæc seri
vari serio iussit, nos considerantes, si eius voluntati
in hac urbe resistatur, quanta pericula huic reipub.
imminerent, et potissimum, quo hæc ordinatio sive declara
tio Cæsaris de religione non perpetuo sit, sed interim
duratura quod ad hujus concilium, quod iam in toribus
est, certum quid statuet etc. Imperatoria Maiesta
ti morem gerere statuimus, et mox amandati
sunt legati, qui hanc responsionem Cæsareæ Ma
iestati referrent. O horrendum et sanguineis
guttis deplorandum Senatus consilium. Verum
enim plebiscitum dici potest, nam regnat adhuc
Dominus in pusillo grege suo.
Deinde Ecclesiastes urbis convocarunt quid conclu
serint et acceptaverint, illis aperientes. Verum
quia filij huius seculi, iuxta Christi verbum pru
dentiores sunt, alias causas praetenderunt, iubent ut
pro concione cautè loquendi rationem habeant
et diligenter caveant, nè vel Papa vel inte
rimici negotij apertè mentionem facerent. Sed
verbum Domini intregrè docerent. Sic ex Nori
ca urbe Samaria facta est.

Cognovimus et ibidem M. Nicolaum Gallum Ratisbonense Concionatorem, tum apud Senatum Noricum, tum apud Vitum pro Consilio, à camerario Ratisbonensi et Ecclesiarum praesidibus missum.

Ebnerus pater huius et veram doctrinam Norinbergae promulgari author extitit et Electoribus aliquot eandem recipere persuasit, verax religionis verae fautor, sed filius eius, qui modo consulem agit, quod pater huc intulit foras extrusit, ita quoque iam didicimus Brentium iam secundo fuga elapsum. Confortet et conservet eum Dominus in omni loco dominationis eius.

Hailbrunnae primo Interim illud acceptarunt victi taedio Hispanorum militum, à quibus misere vexati sunt.

A Ratisbonensibus responsum exigitur, quod nisi tale fuerit, ut Caesari placeat, ante diem Martis proximam Caesar ipsis Hispanicam militiam et missurum et Ecclesiastes ipse cohercituros illis minatur.

Nota de pietate Philippi Pomeraniae Ducis, qui cum olim à vito et alijs in comitijs interrogaretur, quidnam C. S. videretur, num quid in religione ibidem agi posse putaretur, respondit, non video hic controversijs meteri vel posse vel etiam aliquem velle.

Es wirdts aber der oben über der blauen decken sitzet wae mouhen. Is enim solus

vere dicit: Coelum mihi sedes est et terra scabellum.
Ait Vitus, se non dubitare, quin Dominus brevi aliquot medium ipse excogitet, quo pusillus grex Domini, quam exiguus, inquit o comes futurus est, si tales Respublicae ut Norimberga decederint servetur. Illud autem non nostrum est metas Deo vel terminos praescribere et interea temporis orationi, cum Christiana patientia standum est et erit aliquando tempus, cum Caesar haec se non fecisse optabit. Tandem post multos inter nos habitos sermones, nos cum benedictione dimisit, dicens se Deum optimum maximum precaturum, ut me in misericordia sua in Christo constantem conservet.
Optimus Baumgertnerus, praenimia consideratione horum temporum, et rerum quasi tabe conficitur.
Dedimus liberis Viti pauculos aliquot nummos in mnemosinon.
Eadem Christophorus Furer in crastinum, octingentos septuaginta quinque taleros, qui faciunt summam milli florenorum communis monetae, se promptè nobis missurum recepit, quod et altera die praestitit per paulum Leitschir.
A coena comes à Retberg et ego extra portam munitiones perspeximus.
Nota in munitionibus Arcis quinque lapides celatos constare floreno uno, ut is nobis retulit, qui rationem aedificij totius quoque et [illegible]rorum et

portarum perscripsit et computationi interfuit.
N. de Doctore Sittard et comite de Stolberge
27. Junij Comes à Retberg, iter in patriam arripuit.
Dux viae illi fit angelus, qui Iacobum Patriarcham deduxit.
Eubulo Liberio expectandus erat.
Deinde Eubulus in templo sancti Spiritus concione sacram viri cuiusdam adolescentis, sed doctrina et eloquentia cani audivit, super hoc verba S. Pauli Ephe. 3. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis à communi patre cognatio in caelis et in terra nominatur, ut det vobis iuxta divitias gloriae suae et fortitudine corroborari per Spiritum suum, in interiorem hominem et inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris, fixis in charitate radicibus et fundamento iacto ut valeatis assequi. Hic docuit quid esset fides, quae eius natura et efficacia, et quomodo debeamus radicem in Christum mittere. Exemplo arboris robustae, quae radices suas terrae figit flante borea et restante caelia immobilis manet. Atq; inter concionandum inter alios Scripturae locos fere totum psalmum primum, vel ut alij etiam classici authores scribunt, psalmum secundum explanavit. Item quae poena eis fiat, qui radices fixas in Christo non habent. Item de ingratitudine nostra erga Deum et eius verbum. Cum obrem et haec persecutio nobis

acciderit et ad amussim singula lectionis verba exutres hortabatur populum ad poenitentiam et fructus dignos poenitentiae, et ad fidei constantiam, ac ad radificandum in christum, perplacuit nobis in hoc viro, quod cum Crassi illi boves et tauri ovem christi balare ob terrificium INTERIM vetuerint, ne forte à Rinoceronte et monocerente latera eorum tondantur timentes voce alacri ipsemet Asaphum vel iditum agens alacriter concinente Ecclesia cantarit canticum Lutheri quo precatur, ut christus Ecclesiam suam contra mahometicos et papisticos insultus conservet, cuius in nostra lingua initium est. Erhaet uns herr bey deinen wort.

A concione volebamus Rotgerum Bruff der Burge convenire, verum familia simulabat eum domo abesse. Postea autem cognovimus, quod ipsius absentia abnegarint, in causa fuisse, quod apoplexia species quaedam et corporis et animi vires illi obruisset.

Deinde aedes Hieronomi Baumgartneri adimus, qui laeto animo nos ipsum adeuntes, excepit, ac invicem alteri non solum privatas nostras aerumnas, sed communis patriae Germaniae quoque exposimus. Vidimus uxorem eius et liberos, quorum praeter unicum filium numerosum proventum habet, Electurus exilium si quod Asylum poteret, ubi veritati adhaerere impune liceret. optimus hic vir tertium

Augustam scripserat, expiscaturus, quonam in statu res meæ essent. Ad huius viri manus fideles quadringentos taleros reposui, in usum negotij Augustani.

Dum in hospitio Diarium meum nescio quæ assigno, oportune Liborius venit, qui post nos Augusta discesserat. Is omnia quæ ibi acciderant nobis indicavit. Et inter cætera quod D. Musculus â munere ecclesiastico amotus esset. Item quod Cæsar tribus (ut nunc militariter loquuntur) regimentis peditum, ante palatium in statione armatibus stantibus, â senatu Augustano, an INTERIM vel potius operculum illud totius papisticæ camerinæ suscipere vellent, an secus, responsum exegerit, quod Domino vito per Etzdorfium significabamus ac eundem nostro nomine salutari et valedicere iussimus.

Hala Sueviæ INTERIM recepit, ac sic Hispanicus miles revocatus est et (ut dicitur) Augustam vocatur. Sed nihil Halensibus hic timor profuit, post pauculos dies Iberi eos inviserunt. Pransi igitur sumus convivas habentes Pantum Leitschir et Bavarum quendam.

A prandio Adriano dedi taleros ducentos et viginti ac quatuordecim batros Augustam de deferendos ut catenæ aureæ quæ in pignus remanserant redimerentur. Accepit quoque quinque taleros

in viaticum, et duos si forte hospes foenus peteret item duos taleros conrado Fabro, si forte horologio tum paratum esset.

Iussimus quoque eundem taleros centum referre ad Rotgerum auff der Bruge; ipsi nobis reservavimus centum et triginta septem taleros centum ~~referre~~ et triginta septem taleros.

Adduxit autem secum ab Augusta Liborius Aulicum quendam filiorum Electoris Saxoniae Balthasarum Quindenberger, qui a nobis ad comitem itineris usque in Rudelstadium receptus est etc.

Singulis denique curatis auspice Deo a Norinberga Forchemium tendimus, ibidem pernoctantes, vidimus Wolf Marschalck Decanum Bambergensem, metuebamus quidem nobis a Marchione Alberto, verum Beiersdorf oppidulum ipsius pertranseundum nobis erat.

29 Iunij a Forchemio Bambergam praeter legentes Moganum transvecti, in Rattelsdorf pransi sumus. Ibidem invenientes pincingerum Norinbergensem cum uxore et liberis.

Nota de annulo Iohannis Friderici Electoris quem nobilis quidam a pedite pro quindecim aureis redemit. Hic autem annulus ex successitate haereditatis trium Electorum Saxoniae gestamen fuit, scilicet Friderici, Iohannis, et huius Iohannis Friderici qui modo secundo huius annuli possessor est. Item catenam quandam auream circiter quingentos aureos

ponderantem quæ ab Iohanne â Visbach empta erat filij electoris sibi redimerunt.

In Rattelsdorff primo accepimus hospitem nostrum in Coburg è Viris excessisse.

Vor Unbedacht hernach geprüfet
Hatt Manchen offt Betrübet.

Sub octavam noctis Coburgam venimus, ubi postea quam corpora cibo refecimus, ac equi curati erant somno diei tædium levabamus.

Iohannes Ernestus Saxoniæ Dux et Coburga princeps quod fratri suo Iohanni Friderico proximo bello auxilio et comes fuerit â Cæsare mulctatus est arce Konigsberg, vini proventu et alijs redditibus superba, et aliquot insuper millibus aureorum. Arcem hanc cum omnibus suis censibus.

Albertus Marchio â Culmbach tanquam domum Cæsaream tenet. Facilis est enim benignitas ex non tuo largiri.

Coburgicis persuasum fuit Norimbergenses INTORIM illud nunquam recepturos, at â nobis veriora edocti, non exiguum præ se dolorem præferebant.

Vidimus ibidem Simbolum Lazari â Schwendi qui quod accusaretur proditionis in Vogelsbergium innocentiam suam (si Dijs placet) prætendens, scribit.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet.

Erant autem ipsamet die quæ divis Petro

et Paulo sacra erat et Coburgiana et Neumburgae ad salam nundine.

Ultima iunij â Coburga exeuntes, arcem Nobilium de Rosenaw, Monasterium Monichriet praetereuntes in Newenstadt civitatulam devenimus. Deinde inter Newenstadt et Iudenbach pagum in ingis silvae Turingiae tabernas et casas vidimus, ubi sumptu Pinzingerorum conflatoria argenti habentur. Tandem Greventsae pervenientes, ubi Iohannem Galacteum Ludovicum servum et Iohannem nobis â pedibus, cum sarcinis relinquentes, nos recta Salveldiam petimus. Evenerat autem Wolfgangum comitem â Gleichen et dominum in Blanckheim, uxorem nostram cum sorore aemilia in Salveldia convivio excipere, et pene acciderit, ut ipsos in urbe adhuc invenissemus. Transito autem Saleae vado, Rudelstadium ad charissimam socrum et uxorem sani et integri (Christo sempiterna sit gratia) pervenimus. Et quia socrus filias expectaverat solita coenae hora una coenavimus. Itaque cum die Iovis ante secundam pomeridianam â Norinberga abierimus, die sabathi circa septimam vel octavam noctis Rudelstadium pervenimus. Distat autem Norinberga â Rudelstadio miliaria viginti quinque.

Rudelstadij ex nostris cum uxore nymphas, Evam â Wirtzburge mariam et annam sorores germanas galacteas nobiles, Iohannem â Honfels Joachimum â Salder et volckmarum â Germershausen, Henricum

et iohannem famulos et Burchardum nuntium, Volck-
marum à Heyn, Fridericum à Berge, reperimus.
Sub noctem domina socrus me indusijs aliquot donavit.
1 Iulij mensis, Albertus Draco post octavam in
arce Evangelion proposuit ex cap. 5 Luca de pis-
catione sancti Petri, qui iubente christo copio-
sam piscaturam fecerat; ait summam huius Evan-
gelij esse, quod eorum qui christo ex animo fiduntani-
mos verbo sancto suo pascere, et corpora eorum ci-
bis reficere velit. Si tamen in agnitione et fide
christi permanserint, et contexuit ex hoc Evange-
lio doctrinas novem, primam de sollicitudine
christi erga suos. Et si recte memini, iuxta ordi-
nem Philippi Melanchtonis cætera exposuit.
A Prandio Balthasarus à Quindenberg cum venia
dimissus, Wimariam ad principes suos redijt.
Amandavimus eadem Burchardum nuntium et
cum Satrapa in Rudelstadt egimus, si qua equos
ad ducendum currum pro mercede habere posse-
mus.
Aderat et Rudelstadij, uxor Doctoris Melchioris
ab Ossa, cum duabus filiabus.
2 Iulij in Sacello castri Rudelstadt Dominus
Albertus Draco concionatus est. Historiam vi-
sitationis mariæ ex D. Luca contexens, prius
tamen ait se alteram partem Evangelij hoc
est de salutatione mariæ et responso Elisabet
in aliud tempus dilaturum. Canticum vero

Deiparæ virginis ita exposuit, ut decem versus divideret, in laudem Domini, ac de singulis Dei virtutibus misericordia, potentia et veritate loquentes faceret inter caetera hic notavit, beatam virginem Marciam dixisse, potentes de sede deposuit, non ante evertit sedem quod potestas gladij sit ordinatio Dei superbientes autem in ea personas Deus deijcit.

Docuit item exemplum Charitatis et mutui officij in Deipara virgine imitandum esse, utique quae nec iuga altissima montium nec temporis tedium detrectarit, quo cognatae charitatis opera praestaret. observari quoque hic iussit Mariam observationem trinitatis in hoc cantico habuisse.

Eadem in hibernaculo nostro Mappam novi orbis vidimus, qua nos Anastasius Schmaltzâ Landau, cum inscripsione nominis et sui et nostri donavit. Qui vir nos ex solo nomine noverat, et me latet an unquam hominem viderim.

Eadem uxor Doctoris de Ossa apud nos obtinuit ut filiam eius Aemiliam in ordinem pedissequarum uxorculae susciperemus.

Perscripsimus eadem de nonnullis ad Iohannem Galacteum et Hermannum Neslium.

Eadem Iosto Sophi, pro debito Germershausen, et pro mercede sua taleros viginti duos dedimus ex pecunia quam Norimbergae acceperamus.

3. Iulij Honfels et Ludovicus circiter quartam ameridianam hinc abiere.

Eadem quoque ante prandium Domina Socrus ac filia
eius, nobis eas comitantibus ad Sala fluvium, pisca-
tum abiere.
Comites à Schwartzburg genus suum trahunt
à Dominis de Keuerburg. Arx est non procul
à Arnstadio, etiam apud gentiles quondam cele-
bris. Primus autem Dominorum de Keuern-
burg Christi fidem suscipiens ad regeneratio-
nis sacrae lavacra, pro more Gunderus vocatus
est, nunc Gunterus scribitur. Fuit et alter quidem
Sigardt nomine, qui obstrenuitatem et fortitu-
dinem ab Imperatore eius temporis Sigehart
appellatus est. Extant de his plura monumento in
Reinhardtsbrunno coenobio, ubi dicti Domini sepul-
turam suam habuisse dicuntur. Henricus autem
comes à Schwartzburg, pater uxoris nostrae,
unum et alterum horum comitum, una cum
uxoribus, ut in saxis Reinhartsbrun effigies
ipsorum viderat, in tabula depingi curave-
rat, licet nomina coniugum non sunt ascripta.
Huius autem rei eam esse causam coniicio,
quod tametsi monasticum genus ut lucrum à magna-
tibus caperet, celebrari quidem nomina priorum
videri voluerit, tamen non admodum de verita-
te et fide historica sollicitum fuit.
Eadem comes Wolfgangus à Gleichen et uxor eius
Magdalena, nec non Walpurgis à Henneberg
Caroli à Gleichen uxor per literas nos salutarunt

Eadem Domino Alberto Draconi tres aureos in eleemosinam dedimus.

Posteaquam in Sala ad duodecimam fere piscatum est, in pago Nidernshaseln prandium sumpsimus.

A prandio rursus piscationi indulsimus. Piscatores autem retia duodecim vere colligaverunt, et summis laboribus operae instabant. Verum nec conspici quidam, ne dicam capi Exoces poterant.

Uxoris et nostri nomine dimidium talerum in propinam piscatoribus dedimus.

Sub vesperam Wolfgangus comes â Gleichen Rudelstadium venit, et anna â Sebach cum Volckmaro â Haijn reversi.

Eadem Wilhelmus senior comes â Henneberg filiae suae catharinae, accipitres ex Ilminaia sijlvis procreatos misit.

Non procul â Nidernhaseln trans Salam Arx Weissenburg et pagus est Calchwitz nobilium de Thuen.

Nota Domina socrus ante annos quindecim in comitatum Schwartzburg venit. sub intestinum bellum Germaniae per seditiosos Agricolas motum ao 1525.

Salveldia et quicquid est huius tractus ~~est~~ ad Salam. Olim ditionis et iuris orteundici et Schwartzburgi fuit.

Intra oppidulum Ruddelstadt, et nobili prosapia hij commorantur Iohan Moering, Henricus â Witzleben, Schonfelt, Georgius Heise, Philippus â Lene.

Nota de quaestore, qui cum iam neci adiudicatus esset

non unum ob furtum et uxoris nostrae praecibus
a Domina Socrii vita donatus esset, ante paucos dies
Eudelstadium rescripsit, conquerens cistas suas re-
seratas, addens minas, et cum iuramento se adstrin-
xit, se trans salam ad duodecim miliaria Rudel-
stadio non appropinquaturum, tamen in confinibus
se continet. Sed hoc fatum est eorum qui patibu-
lo nati sunt, ut furtum iterando exaggerant, ac
crucem in malam, velis, nolis, suspendi velint.
4. Iulij in Capella arcis Albertus Draco psal.
119 octonariam vel particulam decimam quintam
eiusdem psalmi enarravit. Cui initium est. Iniquos
odio habui. Legem autem tuam dilexi. Hic docu-
it de vero usu verbi Dei et horum versuum octo
in duas simulas divisit, scilicet quae sit natura
vel quale ingenium eorum, quibus Dei timor et
amor verbi inest. Et quae horribilis poena eos mo-
neat, qui et falsa docent et Hypocrito spiritu
sunt. Tribuit quoque timenti Deum suas proprie-
tates, odio habere inimicos quid sit, et quis huius
odij finis. Item diligere Deum et nomen Domi-
ni. Item quod pius omne praesidium, soli Deo
acceptum referat, fugere ~~consilium~~ consortium
malorum, rogare ut conservetur in verbo. Sex-
tum ut timore Dei filiali scilicet non servili
configatur ut omni ex parte veterem Adamum
mortificet. Et quia id non ex voluntate nostrae
carnis Deus rogandus est, ut in amore et timore
sui nos conservet, et in hac fragilitate

humana suo spiritu confortet. ut animum eo vertemus si lapsi fuerimus, ocius ad Dei misericordiam, recurremus probe quoque exposuit, quid in scripturis configi dicatur. Item quid sit ringi cutem, Item quid verbum conteror hic significet. Item quid scoria.

Eadem Domina mater nos Ephippio donavit et panoplian mariti sui ostendit.

Eadem senatus Rudelstadiensis nos vasis aliquot vini et cerevisiae Eimbecenses, honoravit. His igitur gratias agentes et in tutelam nostram recipientes, servis qui attulerant talerum dono dedimus.

Eadem comes Iohannes Henricus à Schwartzburg et uxor eius de Widda soror Alberti comitis à Mansfelt uterina sed non germana, volebant Rudelstadium venire petierant autem per literas, si et socrui et nobis non molestum esset, se nostri amicitiam et noticiam cupere. Nescio autem quid comitem remoraretur quo minus ipse venire posset. uxorem verò cum Margaretha et Brigitta filiabus, Rudelstadium misit, ac nobis per Ioachimum Sack amicitiam et officia sua detulit, Par igitur pari ~~de~~ retulimus.

Domina socrus, Anastahsia uxor Domina Sebach et melchioris de ossa uxor, esoces in sala persecuta sunt. Cepimus unum et in Schwartztorff, iuxta quem die Schwartz fluviolus in Salam infunditur symposium fecimus, vix sub sextam

noctis Rudelstadium remeantes. Vidimus rustico-
rum in Schwartz cellaria habentia circiter ca-
dos quinquaginta vini praeter cerevisiam. Habent
nunc parrochum Casparum nomine, et ad Dinos-
tiam Blanckenbergicae arcis pertinent. Et is est
pagus a cuius incolis anno superiore Albertus
Marchio in Brandenburg, propter iniuriam
ut ille praetendebat, Aurigis suis illatam, exegit
quadringentos aureos, nec ullus erat venia lo-
cus, in vulcano, et domos suas litatum iri vo-
luisset.
Eadem habita sunt nuptiae Walpurgis Rot-
schuch, quae uxori pro coca servivit et Iosti
Sophi ioculatoris copulante eos per perpe-
tuum verbum Domini, Domino Alberto Dra-
cone.
Testudines gratu res Sebachianae et Germers-
hausianae procedunt, ac verendum ne inanem
volet in auram.
Expectantur Carolus comes a Gleichen et
uxor eius. Verum renuntiarunt se crastino af-
futuros.
Eadem comes Wolfgangus domum revertitur.
5 Iulij cum Alberto Dracone de multis con-
tulimus. Idem ea die in sponsalibus Iosti et
Walpurgis concionatus est posteriorem partem
psalm: 115. Dominus memor fuit nostri et be-
nedixit nobis, benedicit domui Aaron etc.

Summa est, inquit horum verborum, quod Deus omni-
bus benedicat, et omnia conservet. Potissimum
autem Ecclesiae suae benedicere paratus sit. Ite
quanta sit divinae clementiae bonitas, qui nec ge-
nus nec opes, nec miseriam respicit. Sed cuiuscunque
ordinis hominibus benedicit. Regi scilicet potenti
et iro pauperrimo, admonuit autem ut benedictio-
nem quidem à Domino et peteremus et expectare-
mus, sed ita ne mox animos despondeamus, si non
in momento, quae petieritis contingat. Dominum
enim maturè satis suos benedictione impleturum
Ait quoque psalmum vocem esse Ecclesiae fidelium sin-
gulis ex christiana charitate fausta imprecan-
tis. Docuit et quomodo magnum id ducendum sit
quod iubeamur, et dicatur nobis benedicite Do-
mino etc. Item sponsum et sponsam allocutus est,
memores essent immensae bonitatis patris in
eos coelestis, qui magis et uberius eos, si in timo-
re et fide domini persteterint benedictus esset.
Nec non liberos, quos procreaturi essent, atque
ne statim moerore conficerentur si non omnia
mox copia cornu illis ad manum adsint. Wundt
wo ihr es nicht schefflich haben könnt, so nempts
lefflich an, Gott wirdt es wolle machen. Nec
hoc beneficium parvi aestimandum est, Dominum
Deum coelum sibi in thronum magnificentiae
creasse. Verum mundum cum omnibus creatis

pijs non invidere, quin quod maius est, in usus ipsorum
haec condidit. Et cum haec se ita habeant cogitemus
viventes et sani Deo in perpetuum Halleluia de-
cantare.
A concione Carolus comes à Gleichen, cum uxore
sua et sigismundo fratre abierunt.
A prandio coniugibus honoraria pro more data
sunt.
Sub quartam Domina de Schwartzburg Iohann
Henrici comitis uxor, pedissequas secum et chri-
stophorum à Entzenberg nec non Ioachimum Sac
assumens domum, relictis Rudelstadij duabus fili-
abus ad maritum redijt.
Sub coenam Henricus Baro à Wildenfels venit.
Nota de facinoroso in Masfelt incarcerato. Et
animadverte ô homo quid faciat caro sibi derelic-
ta et ut in pessimis etiam crudelitas locum
habet.
6 Iulij Albertus Draco in Sacello arcis octoa-
dem decimam sextam psal: 119 exposuit. cuius
initium. Feci iuditium et iusticiam, ne igitur tra-
das me oppressoribus meis. Primo repetijt quae
heri pro concione dicta erant. Deinde ait hunc
scopum huius octonarij esse quod sit oratio Ec-
clesiae universalis et unicuiusque fidelis, et quod
cum ex animo servari iuditium et iusticiam cu-
piat faciatque, et faciat quoque iuxta donum Dei
illi datum, Deum invocet et defendat et prote-
gat ab adversarijs. Et hanc orationem inquit si

unquam necessariam fuisse arbitremur, profecto
nunc orandi tempus est, cum verbum Domini quotidie
adulterari videmus, et Tyranni exurgunt, qui doctri-
nam veritatis. una cum assertoribus eius e me-
dio sublatam volunt. Iussit quoque observari quod
pene eadem sors aut fortuna Ecclesiae et piorum
omnium temporum fuerit, adeo, ut vel Davidem
haec vel nostro hoc perturbatissimo seculo
scripsisse videri poterit. Docuit et scite, quid
hic iusticia diceretur, nimirum inquit meritum
Christi respicere et illi fidere et adhaerere,
unica et summa est iusticia, de qua David et
et caeteri Prophetae loquuntur, hac enim iusti-
ficamur, non illa quae fidei serva est qua bona
opera operamur. Item dicebat, qui essent hij
turgidi et superbi contra quorum vim prophae-
ta hic oret, videlicet inquit, Tyranni illi qui
superciliositate sua verbum Domini contemnunt
ac sibi soli sapere videntur, volentes homi-
num conscientias, vel contra scripturas
vel ijsdem ad ipsorum palatum detortis astrin-
gere adigereque qui o Deus bone quam nunc re-
gnante Sathana seviunt et regnant. Item
quid sit oculos ad Deum directos, vel intentos
habere ad Dei misericordiam, hic enim omne
nostrum excluditur meritum. oremus igitur
ut secundum bonitatem suam a Domino vias
suas nos edoceat, ipse enim est unicus Doctor
et verbum et cor dans. Sumus enim servi
eius, et servus sciens velle suis heri et non
faciens plagis multis vapulabit. Item quae
essent testimonia Domini obtestationes vel
decreta, aut instituta iuxta tropum scriptu-

rarum exposuit tempus inqt faciendi Domine dissipa
verunt. Legem tuam ex Domine sancte pater Deus
fortis et magne, cuius magnificentiae nec modus
nec finis est, exurge et dissipa gentes, qui bella
volunt, non solum enim tuos persequuntur, et
Sacrosanctum verbum tuum invertunt, ad dentes
iniquissimae suae ferociae Iudaeorum calliditate
ut quod hactenus armis et minis non processit nunc
dolo et eversione Ecclesiarum et scolarum efficiat
tempus est ô Domine, ut ipse facias et regnes vere
enim legem tuam et letum Evangelij nuncium dis
pant, nobis sua edicta et somnia obtrudentes, nec
haec malitia illis sufficit et solum hij qui clavem
David sibi arrogant. Sed hij quoque quibus tus ma
gnum necis atque vitae, maris inquam et terrae de
disti. Memento Domine misericordiarum tuarum
antiquarum et intuere faciem christi tui. vix
enim pugillus manus eius sumus contra tantam po
tentiam, pontificum et perversorum Sodomitarum
multitudinem. Amamus autem verbum tuum su
per omne aurum obrisum et cunctas delitias.
hunc Deus amorem in nobis ~~renova~~ renova
ut custodiemus mandata tua et odio habeamus
omnes vias â te alienos. Famulos igitur tuos
ô Deus turris fortitudinis omnium sperantium
in te protege et nos in Iesu christo Domino
nostro et spiritu sancto consolare. Qui
vivis et regnas Deus trinus et unus idem be
nedictus in secula Amen.
Methodum autem docendi Dominus Albertus
servat qua vix alia docendi simplicibus
commodior. Primo enim cum suggestum con
scenderit, iubet nomen Domini invocare, ut
verbi auditum et incrementum impartiri

dignetur, quo illud quoque auditores ita in cor transmitte-
ret, ut vel semel quae docentur incipiant facere,
deinde quae dicturus est praelegit. Post lectionem brevis-
sime summam totius lectionis complectitur. Deinde
ostendit, quot doctrinae vel loci ad aedificationem fidei
et vitae praelectis insint dilucidissime enarrat, ac tum
demum textus explanationem verbotim aggreditur, ac pos-
tremo per modum Epilogi omnia quae docuit, quasi in
fasciculum colligit.

Eadem tristissimum allatum est nuncium et ad Gallum
Barretern ex Wittenberga scripta missa sunt, quibus
Caesar et Wittembergensium et Lypsensium universi-
tatis Theologis consensum illius omni pio horrendi in-
terim exigit: addens: si ipsi morem gerere renuant
ferri et undae praeter flammas minas. Item argumentum
formae iuramenti, quod sacrificuli Interimitici prae-
stare debeant, quoque Rudelstadium missum est.

Consurge Domine et cedros Libani confringe.

Allatae sunt et literae a Doctore Melchiore Ossa.

A Prandio Carolus a Gleichen et Walpurgis uxor
Cranichfeldam repetunt.

Socrus Sigismundus a Gleichen Henricus a Wilden-
fels et Eubulus a Waldeck cum uxore et sororibus
et filiabus Iohannis Henrici a Schwartzburg apri-
ci gramine campi se delectabant, ac in Renna flu-
violo cancrorum multitudinem pene tanto flu-
violo imparem cepere.

7 Iulij mulierculae ante merdianum tempus bal-
neis insumebant, ut in hisce regionibus hoc ge-
nus fere aquaticum quid habere videtur, ut non
inscite Dominus de Buswy qui hypodromo et equis
caesaris praeest, dicit et necesse esse Germaniae
superioris foeminas longe plus sordium quam
Brabantinas aut inferioris Germaniae foeminas
contrahere. Cuidam autem causam interroganti

respondit, hæc ferè singulis diebus balneis opus habent, nostræ vix semel aut bis in anno corpora lavunt.
Eadem Balthasaris ab Entzenberg uxor et nurus sua domum abiere exspectabatur, et mater Domini à Wildenfels.
Hac die sicut et singulis sabatinis diebus nundinæ Rudelstadij erant.
Hic dies octavus erat quod pro habendis equis in patriam miseramus, sed adhuc responsum expectatur.
Nota de Ducissa Cliviæ comitissa in Schwartzburg, quæ ob piaculum in maritum commissum Rudelstadij in carcere asservata ad tempus aliquod, ac tandem in coenobium Arnstatense intrusa, in quo et diem clausit extremum. Fuit autem hæc Atavia socrus nostræ.
Cranichfeld et Blanckenhein arces sunt caroli et Sigismundi fratrum à Gleichen.
Eadem quidam qui olim Alberto comiti à Mansfelt à secretis fuerat, Rudelstadium literas commendaticias secum apportans venit, cupiens in famulitium Dominæ socrus recipi, verum id multas ob causas fieri nequibat.
Reversus est eadem et Adrianus noster ab Augusta vindelicorum literas à Melchiore Lindio referens, qui se iam tertio ad me scripsisse conqueritur, cum unas tantum literas eius acceperimus.
Atrabatensis, nobiles comitatus Waldeck in literis nostris remissorijs excludere conatur.
Post discessum nostrum ab Augusta, Franciscus à Dalwige novercam petit, cupiens ut huius consilio posset me apud cæsarem Maiestatem accusare. Verum hæc vel semel memor se genitore

meum in maritum habuisse, hoc facinus dissuasit
dicens ut volubilitatis Fortunae recordaretur
nam rerum vices esse, et me aliquando ut Do-
minum suum illi haec in sinum suum reddere posse
Conquaestus est idem se hoc negotij fratri suo lodo-
co iniunxisse, verum hunc cum marchione alberto
in Prussiam abijsse, non tamen intermisit hic bo-
nus vir, aliquid apud consiliarios imperiales,
ac Dominum de Lyra ac alios tentare. Sed
à his iussus est. ut posteaquam iam Eubulus
in gratiam Caesaris receptus sit, eadem mente
in ipsum foret, nec nè.
Augustae fama fertur Eubulum duos conciona-
tores Werdae secum abduxisse.
Atrebatensis duobus fratribus suis germanis co-
mitatus, semel atque iterum novercam nostram in
hospitio invisit.
Retulit nobis idem Adrianus, Abbatem de Keisheim
palatinum electorem in coenobium suum hospi-
tio excipere noluisse.
Reportavit et catenas aureas.
Eadem donavit Domina Socrus uxorem et me,
tabulis duabus, in quibus et eius et Henrici ma-
riti effigies ad vivum vel à Reuside ipso depictas
putares. Super imaginem Socrus scriptum est:
Am tage Bonifacij bin ich sechs vnd zwantzig
Jahr alt, Im Jahr 1536.
Fama est conradum Pennig insignia aliquot mili-
taria iuxta Hornburg erexisse. Magdeburgen-
ses excursiones contra Henricum Brunsvigiae
Ducem seniorem fecisse dicunt.
In misna urbe per Ducem Mauritium et status
ditionum suarum comitia habentur super re-
ceptione maledicti illius INTERIM.
Sub noctem balneis usi sumus.

Wildenfels, Romberg, Schönkirchen, arces sunt Dominorum à Wildenfels, nec ulli modo sunt haeredes huius Dinostiae, praeter Henricum et Sororem eius Margaretham. Mater eorum soror est Ioannis comitis à Gleichen, iam defuncti olim Rembdae commorantes.

Eadem aedes Alberti Draconis invisimus et musaeum eius, librorum copia probè instructum.

8 Julij circiter septimam Domina Socrus filias Iohannis Henrici à Schwartzenberg in Leuchtenbergam remisit.

Eadem Socrus nos flagello donavit in cuius capulo clepsydra inclusa est, cum nodis et divisione horae unius in quatuor partes et lignea tabellula paginas habente octo. Haec numera Socrui Iohannes Wilhelmus à Fuchs exturgavit, dum musaeum principum Saxoniae expoliaretur (quod musaeum idem Wilhelmus nobili suppellectile et monumentis principe dignis instructum fuisse, et singula suo ordine ita disposita, ut ipse ordo principem animum significare videretur dixerat) Socrui ex manubijs dederat. Tabula autem haec agnita est fuisse Iohannis Electoris patris illustrissimi et nunquam satis laudandi modo captivi in cuius paginis sua Syngrapha conciones aliquot exceperat, nam in frontispitio sic habet: V. D. M. I. A. Evangelium Iohannis quarto. Item alia pagina cuius initium Evangelium Mathei quinto. Observavit autem optimus Princeps scopum concionantis et sententias celebriores asteriscis notavit. verè hic Princeps iuxta praescriptum Domini librum legis et Evangelij prae oculis habuit, noctu diuq; in illo versatus, omnibus Christianis ex principibus merito imitabile exemplum relinquens.

Fuerant autem harum tabularum complures, quae in modum fornicis vel hemicijcli dispositae fuerant, in quibus omnibus concionibus exceperat, singulis concionibus novas tabulas exhibens. Heu proh dolor quanquam pax fuit et securitas in diebus eius, tamen hostis regnante filio eius omnia praeciosa scrutatus est. Sed spes bona super est nondum abbreviata est manus Domini vivit et superest, velint, nolint omnes inimici eius, qui castigans, castigat, suos ante morti praecipue secundae non tradit et quem deducit ad inferos, reducere quoque potest. Memento Domine Servorum tuorum respice in faciem Christi. Exurge solve compeditos et assere gloriam nominis tui. Quis tibi fidens, unquam derelictus est? O Domine Deus noster.

Eadem Dominus Albertus ex capite 5 Mathei. nisi abundaverit iusticia vestra plus quam Phariseorum et scribarum, non potestis intrare in regnum Dei etc. usque ad eum locum. Amen dico tibi non exibis inde donec persolveris extremum quadrantem concionatus est. Perlecto Evangelio, textum in quatuor doctrinas divisit. Primum de differentia iusticiae Fidei, et iusticiae quae ex lege procedit, et involuntarie quodammodo fit erga homines. Deinde quomodo Christus legem de non occidendo interpretatus sit; item de verbo Racha. Et quarto quod teneamur nos reconciliare fratri. Occisionem autem aiebat, ex tribus radicibus nasci. ex aperta ira, animi rancore, et verbis tacite animum nostrum stimulantibus. Dixit quoque quid fatuus in scriptura significet, et quod per Racha omne verbum criminosum denotetur. Et hic movit quaestionem. An nemini liceat obiurgare fratrem aut Racha illi dicere? respondit quatuor genera hominum hic excipi, quibus liceat; magistratui seculari iure et gladio sibi commisso, Ecclesiastis per verbum

parentibus et Dominis in liberos ac servos, et Ludimagistris suis finibus. Tamen iram et verba hac circumscripsit, ne ex animi proprio motu sed ex Zelo bono et iusto, et iuxta vocationis rationem fieret. Admovit insuper ut si ab aliquibus aliquando laesi, nos ad reconciliandum cum eis faciles praeberemus.

Eadem consultationem universitatum Wittenbergensium Lipsensium legimus, et eam nobis describi curavimus. Hinc timenda videtur rerum mutatio. Sed est Christo laus, qui nobis potentes potenter evertere potest.

Eadem Iostum Sophi Wimariam misimus.

Eadem Domina Socrus Wimariam proficiscitur secum abducens Aemiliam et Annam Mariam filias. uxorem quoque melchioris Doctoris de Ossa. Venturi quoque Wimariam erant. Georgius Ernestus princeps et comes in Henneberg Fridericus à Wangenheim consiliarius Ducum Saxoniae. Et alij inter filiam Henrici comitis à Schwartzburg et Gunterum comitem à Schwartzburg causa dotis acturi.

Socrus pernoctatura erat apud Fridericum à Witzleben. nos interim inter spem metumque suspensi, rei exitum exspectabamus.

A Coena cum Domina de Wildenfels filia eius Margaretha, ac uxore, cibi degerendi gratia; in arcem ut vocant veterem ibamus. Est autem murus arci proximus, ubi adhuc fundamenta et maceries ruinosae visuntur. Ad huius montis radices, in suburbanis Rudelstadij aedes nobilium à Hesen sunt, quas nunc Georgius Ursulam de Schonberg in uxorem habens, inhabitat, sunt et his contiguae domus Sigifridi Schönfeld et Philippi à Ien. Assidentibus igitur nobis in monte hoc, accessit nos puer quidam indicans

quendam è familia comitum de Schwartzburg petere, ut me convenire possit. Puerum ergo interrogare jussimus cuiusnam minister esset. Sed anteaquam puer ad nos reversus esset, ipse Christophorus ab Entzenberg nobis fit obviam nomine comitis sui Iohannis Henrici a Schwartzburg et à eius uxore nobis salutem dicens, posteaquam comes suus accepisset, Dominam socrum peregrè profectam nosque cum uxore nostra ibidem quasi solitariè degere quo ipse comes nostri noticiam habere possit, peramicè eum petere, ut ad diem martis proximam sub Vesperam in Leuchtenberga, ubi et tum nuptias pedissaquæ uxoris suæ habiturus esset, adesse dignaremur. His auditis, primo haro suo et Dominæ gratias agere iussimus. Talia autem modo nostra esse negotia ut choreas non peterentur nec quoque me probe edoctum esse, ad strepitum Cytharæ choreatum ducere Nymphas. Quia autem comes petierat ut Æmiliam neptim suam, quam ipse à sacro Baptismatis fonte levasset, nobiscum adduceremus, dictum est illi hanc cum matre abijsse. Quia autem hoc responsum Christophorus sibi satisfactum nolebat, per Christophorum quid in hac re faciendum nobis an secus esset respondimus. 9 Iulij dum per hibernaculum socrus transeo, forte fortuna in novum testamentum à Doctore Luthero germanicè versum incidimus, in cuius folijs, quæ libro præfixa erant manu socrus propria hæc scripta vidimus ac latinè ut cunque reddimus. Anno Domini 1526 inter septimam et octavam horas in vigilia pascatis in arce Arnstadt sub noctem nata esset Anastasia.

Anno Domini 1527. die Iovis ante festum purificationis Mariæ, natus fuit Henricus in Arnstadt.

Anno Domini 1529 die Martis post letare infra nonam et decimam natus est Wilhelmus Henricus.

Anno Domini 1530. die lunae post visitationis Mariae transeuntis montana infra quartam et quintam horas ante meridiem, natus est Gunterus Wilhelmus in Rudelstat.

Anno Domini 1538. in vigilia conceptionis Mariae natus est Anna Maria infra sextam et septimam noctem versus in Rudelstadt et haec posthuma est.

Anno Domini 1528 die lunae post letare ante duodecimam noctis nata est Aemilia in Rudelstadt.

Ex his supersunt et aura adhuc fruuntur aetherea Anasthasia nunc comitissa in Waldeck, habens filiam ex Eubulo marito Catharinam nomine. Aemilia quae ante annos ab hinc octo sub conditionibus desponsata est Gunthero, Gunteri comitis a Schwartzburg filio. Sed nondum nuptiae peractae sunt. Anna Maria hoc anno decennis et posthuma. Fratres infantes fere omnes e vita migrarunt. Domine Deus inter cuius innumeras laudes et haec tibi decantatur. Tu pupillae et viduae eris adiutor, pupillorum et matris quoque rationem habere digneris.

Eadem in Sacello arcis vidimus supra altare introeuntibus ad levam insignia marchiae et Cliviae et Christum crucifixum mortuum et resuscitatum artificiosissime depicta. Dicitur autem opus fuisse &c. ex Ducibus Cliviae et comitibus marchiae procreatae comitisse in Schwartzburg.

Eadem legimus licet antea videramus, a Sathana ipso inventum et a suis coniuratis conscriptum, iuramentum, quod sacerdotes rursus se Romani imperii pontificibus, subdentes praestare debent. Sed quid agemus? nisi ad Dominum ardentissimis

votis intimis ex praecordijs clamemus, ne tandem
ob nostra peccata, blasphemari nomen sanctum
suum sinat, dicamusq; cum Archangelo Michaele
Corripiat te Deus Sathan. Indicra enim praehis
blasphemijs videntur, quaecunq; Senharib, Heliodo-
rus, Rapsaces, Scribae et Pharisei et quicquid huius
turpissimae camerinae hominum opprobrij Christo
Domino ac patri eius coelesti sanctoq; spiritui un-
quam obiecerunt, et nisi haec blasphema ora ipsa
sibi digito labellum compescunt, timendum est ne
in eos digne vox Christi conveniat: moriemini
in peccatis nostris, licet coeci et duces coecorum
prae felici rerum successu et invidia non solum
oculis, sed omnibus talpis Tyresijs coecutiores sunt.
orat. Recordare Domine et respice opprobrium servo-
rum tuorum, humiliati enim sumus nimis, ut quid blas-
phematur nomen tuum non solum inter gentes, quae
non noverunt nomen tuum. Sed inter et ab ijs qui
tecum creator coeli et terrae divisum se imperium
habere putant, contaminantes sanguinem crucifixi
in sua stupidissima sapientia gloriantes, converte
et everte Domine Pater coelestis per Christum
Iesum Dominum nostrum amen.

10. Julij volebamus quidem Blanchenburgum ire, ve-
rum alijs negotijs impediti sumus.

Volebamus item in templo oppidi ex vetustis libris
monumenta quaedam expiscari, verum quia a seniori-
bus seclusi erant, Ludimagistrum rogavimus, ut ille
petitis clavibus librorum primas paginas inspiceret
ac nobis siquid inveniret eiusmodi indicaret.

Vidimus in oppido aedes (ut vocant) Parrochiales
habentes hibernacula duodecim, cellaria concamerata

plus minus sex vel septem, Aulam et culinas quae vel principi sufficerent, atq; haec ante renovatam praedicationem Evangelij sedes fuit Archipresbiteri, quae dignitas post suffraganeum et officialem Erfurdiensem in tractu Orlamundensi, inter Papisticos prima fuit et ad hunc parrochum primo deferebantur causae vicinorum sacerdotum etc.

An prandio in nemoribus trans Schwartzen amnem, venatio instituta erat. Quia verò maior pars meridiei praeterierat, et retia nondum tensa erant, et metuebatur venationem in multam noctem protractam iri uxor et Margaretha de Wildenfels nobiscum ad visendum Blanckenburg diverterunt; Est autem Blanckenburg arx vetusta sedes comitum à Schwartzburg, sita in vertice altissimi montis, ad utriusq; montis latus vinetis superba, conspectu habens amoenissimum. Ad radices montis civitas est eiusdem cum arce nominis. Haec recenti hominum memoria, ter conflagratione penè periit. Et cum secundo ferè et integro reaedificata esset, subitanea conflagratione iterum combusta est. Tertio verò idem perpessa, clementia Soceri nostri comitis à Schwartzburge, incolis, quo laevius reaedificari urbs posset, omnes redditus debita et tributa in septennium remissa sunt. Qua de causa et factum est, ut Riedelstadt Dominae Catharinae hanc ob rem, et quod masculi haeredes non superessent, ad vitam ipsius possedendum, cum omnibus proventibus eius datum sit. Tenuit arcem Blanckenburg quondam comes à Schwartzburg, cui cognomen fuit der Streyburger. Habet haec arx pomoerium et antemurale duplex, habet et fossam castrum circumdante

in qua carcer deterrimus ex rupe excisus et putens profunditatis incredibilis, ad cuius oram cum abieteni asseres positi essent, Anastasia uni horum incumbens ante biennium, cum putei profunditatem intueretur subsedit, nisi ope divina asservata fuisset, ita ut a Lewensteinio a Reher manu apprehensa attraheretur, in baratrum hoc absorpta fuisset. Nunc quoque arx undique ruinam minatur, Sauris, nocticoracibus et bubonibus hospitium praebet. Proventus vero Rudelstadium cedunt. Nam Blanckenburg aequo pene spatio a Schwartzburgo et Rudelstadio distat, scilicet miliari uno.

Tempore Vindemiae praefectus Rudelstadii in domo torculari se continet. Fuisse autem potandi studium in veteribus comitibus de Schwartzburg, ut ferè omnibus germanis peculiare fuit, et hoc argumento cognovimus, quod in torculari truncum ligneum ita excavatum, ut humeris hominis aptare possit, iusti ponderis et ex catena ferrea dependentem vidimus. Usus autem huius trunci esset, ut qui ad aequales haustus bibere noluerit, huius collo appendatur. Ipsam arcem ob pontis trabes tabie corrosos intrare non licuit. Dum igitur situm arcis considerantes, venit Albertus piscator Iudex in Blanckenburg, nomine Senatus Blanckenburgensis, rogans ut cum uxore urbem ingredi dignaremur, quo eius et nostri noticiam habere et vino nos honorare possent. Quamvis egre consenserimus tamen civium humanitatem, incivilitate nostra non obruendam rati, per declive montis descendentes pedes urbem intramus, recta domum Alberti piscatoris adeuntes, ubi iam tum in medio curiae sub dio mensae positae erant. Salutata igitur uxore et liberis

eius, vix sedebamus quin secretarius urbis cum
altero consulum adesset, foelicem nostrum ad-
ventum fore praecantes, propinantes vina et
quicquid apud ipsos insumpturi essemus. Praetere
et sua officia deferentes. Albertus Piscator va-
riolos pisces oppiparè coxerat. Iussimus igitur
consulem et suos asseclas assidere, ac sitis lae-
ticiaeque vicaterem invicem bibimus caventes à ter-
tio. Mox quoque ludimagister et pueri aderant,
imò et senatores aliquot, musica aures nostras
demulcentes. Et profecto mirati sumus humanita-
tem horum civium, qui amplioré urbe digni
essent. Venit et quidam Andreas qui uxoris
olim nutricius fuerat, et quaestor aerarius in
Schwartzburg, consul Iohannes Hagen diversa
nobis de fortuna et fato civitatulae huius, et
quod praeter incendium grando semel atque iterum
segetes concusserit, retulit. Item quod oppidi in-
colae, et vinearum, et agrorum cultura victitent
tamen ut caeterae vicinae civitates nullas ha-
bent vel nundinas vel negotiationes. Nonnulli
quoque ex piscatura vivant. Est enim Schwartza
variolis et nobilioribus piscibus, urbeculam pra-
terfluens dives. Socrui nostrae haec civitas quo-
tamvis ducentos aureos pendet. Et fertilioribus
annis, urnas vini, circiter ducentas et octua-
ginta. Omne verò quod hic trivimus tempus
sesquihora erat. Dedimus filiolae Alberti, quam
uxor nostra ex sacra fonte levavit, et Anasta-
siae nomen indidit, aureum unum, cantoribus soli-
dos decem, praesentantibus amphoras vinarias, gros-
sos sex, et qui portas arcis reserat, nescio quae nu-
mismata. Sub octavam noctis Rudelstadium reversi sumus.

Volupe est homini pio et erudito in his exiguis oppi-
dulis videre Ecclesiam et ludos literarum pro
sua sorte, viris bonis provisa, et vae in seculum se-
culi Romanae bestiae C. et F cum omnibus squamis eius
qui has Reipub. Ecclesiasticae administrationis for-
mas evertere conantur, et quod in propalam est nunc
passim profligat.

Eadem Sigismundus Comes à Gleichen, Baro de Ruess
et caeteri Rudelstadium transeuntes, &c. sponsam in
Leuchtenbergam deduxerunt.

XX Julij uxoris et nostro nomine quatuor taleros in
honorarium sponsae in Leuchtenberg misimus.

Item dedimus Sartori Casparo pecuniam in vestem
sericam uxoris nostrae comparandam.

Eadem Albertus ex psalmo 119 octoadem decimam sep-
timam exposuit, scilicet, mirabilia testimonia tua
Domine. Summam hanc posuit. Quare Christiani ver-
bum amplectantur, et ob id sedulo ex corde et ore
Deum rogent. Et huius orationis hanc formam esse.
Item quid oratio quid Zelus esset, per tres versus pri-
mos docuit. dicens verbum Domini esse admirabile
hoc enim cum parvulis reveletur, per sapientia
rationis humanae comprehendi nequeat, et ad huius
rei veritatem Dei demonstrandam, multos scriptu-
rae locos aptissime adduxit. Item consolationem in hoc
psalmo contineri, ac eam ex verbo Domini contingere,
iuxta illud, omnis scriptura divinitus inspirata uti-
lis est ad docendum ad consolationem etc. Tertio do-
cet et orationem. In hac autem oratione praecipue
quatuor petuntur, primo ut Deus illi sit propitius
sed ais illud quomodo faciat Deus, hoc modo rogat
prophetae, quo solet misericordiam exhibere laudantibus
nomen suum. Hij enim non imminuerentur omni bono.

Quia glorificantes se Deus quoque glorificat. Secundo orat
ut certo vixi et firmi sint pedes eius in verbum Domi-
ni, et ne nequitia super eum regnet. Tertio ut liberet
eum de iniuria hominum tum, ait, se servaturum con-
testationes domini. Quarto et ultimo ait, ut Dominus su-
per ipsum faciem suam illustret. Servus enim Domini
est, ut doceat eum vias suas. Ex celo autem illi cum
omnibus pijs communi ait. Rivos aquarum deducunt oculi
mei. Quamobrem inquit, nimirum quia lex tua non
observatur. Docuit quoque quid esset Domini vultum su-
per nos illustrare, scilicet Deum nobis esse propitium
et serenam, ut loquimur frontem se nobis ostender
sicut et alius psalmus habet, Deus misereatur nostri.
Dicebat quoque verba Dei contestationes, obtestatio-
nes et testimonia dici, non pro more hominum, sed
quod verbum sit imago mentis et immensae bonitatis
Dei patris erga nos evidentissimum argumentum.
Testatur autem Deus dupliciter, per exempla ut
benefecit populo Israel et per loquentes scriptu-
ras.

orat: Domine Deus bone, misericors sancte et iuste.
Quoniam iuxta psalten et regem tuum Davidem
verbum tuum, ubi revelatum fuerit conscientias
exhilarat, et simplicibus, imo parvulis et despectis
intellectum dat, et illuminat, ne a corde et ore no-
stro verbum tuum auferre velis, per ipsum verbum
et filium tuum Iesum Christum Dominum nostrum,
quaesumus idque hoc potissimum tempore, cum exur-
gunt Tyranni, utroque gladio nos impetentes hoc est,
et vi, et sinistra salvifici verbi tui interpretatione,
et da firmos esse gressus nostros in verbo tuo, ne
nos suis terriculamentis Sathan territet, aut trans-
formatus in angelum lucis, blandimentis huius mundi
et varijs, sectis suis seducat, et ne permittas iniqui-
tatem nobis dominari, qui vivis et regnas in secula
Amen.

Eadem Domina Socrus per Iohannem nobis à pedibus
è Wimaria nobis rescripsit, se sperare uxorem nostra
non adigi, iuramentum in renunciationem praescriptum
praestare. Item nos reliquum totis, antequam hinc dis-
cederemus, accepturos.

Nota de poculo, Domino Anarch, de Wildenfels et Do-
mino Martino Luthero in calcide mixto, ex qua potione
comes plus centies, sub sequentem noctem et diem
alvum levare coactus est. Lutherus verò diutino morbo
afflictus. Christo quoque auspice evasit, ut hic Christi
verbum: si quid letale ~~verb~~ biberint, non nocebit
eis, locum habere videatur, erant autem haec praeli-
bamina amicitiae, quam experturi essent adsertores
veritatis ab adversariis.

A coena Iostus Sophi à Wimaria reversus nobis scri-
pta duo attulit, unum Philippi Melanchtonis super
interim, alterum Casparis aquilae parrochi in Sal-
veld, cuius libri argumentum est, quod confitendus
sit christus contra diaboli tenebras mundum et interim.

Et haec dies est nona, quod avidè et anxiò ferè ani-
mo nuncium è patria exspectamus.

Idem Iostus dixit Socrum ea nocte non exspectandam.

12 Iulij sub nonam antemeridianam, Domina de
Wildenfels et filia eius Margareta abiere, quas
uxor et ego aliquot stadijs à Rudelstadt comitati su-
mus.

Eadem cum iam à nobis conscriptae literae essent
et Adrianus noster ad iter se accingi iuberetur,
sub prandium, qui equos quadrigarum adducerent
veniebant, nobis literas de statu regionis nostrae
deferentes. Apportarunt et fornaces ferreos sex
quorum duo Iohannes Wilhelmus Fuchs, alterum
dono, alterum pro 24 taleris emptum accepit.
Quatuor reliqui socrui dono venere maiore foenore
compensi quam usque vendi possent.

Post tertiam pomeridianam. Domina Socrus comitatu filiabus, Aemilia et Anna Maria, et fratre suo Iohanne Georgio ab Henneberg, nec non Doctore Melchiore ab Ossa et coniuge sua Rudelstadium reversa est. Gallum autem piretaeum praemisit, quo nos earum rerum, quae Wimariae transactae erant certiores reddat.

Paululum ante quartam suborta est quaedam tempestas coecia vento grandine et pluvia cum socio suo noto seviente, interboantibus horribili sonitu tonitruis, qui passim vineta et hordeum laesit. Sed ita tamen, ut benignissimi patris nostri coelestis comminatio et admonitio, quam indignatione irae ostenderetur, qui nos non solum Salficico verbo suo, sed et mutorum Elementorum mutatione commovet.

A coena Doctor Melchior de Ossa, et Wolradus de rebus Augustae actis, et de causa filiae suae invicem sermocinabantur.

Volebant quidem Princeps et comes a Henneberg Georgius Ernestus, et Doctor Melchior, quadam auctoritate ac gravitate, ea quae Wimariae transacta erant, nobis proponere.

Sed Domina Socrus mihi seorsim singula indicare maluit.

VI Iulij circiter sextam mane Socrus nos ad se vocavit, et qui res Wimariae peractae essent, ordine exposuit; exhibens nobis et literas, ut scribarum more loquar. Recessus per Ducem Iohannem Fridericum Oen miter, et Iohannem Wilhelmum, et Iohannem Fridericum iuniorem Saxoniae principes confirmatas. Item literas conventionis, inter Gunterum et Socrum comitem, ex parte uxoris nostrae legendas praebuit. Haec autem fere erat summa totius

negotijs et in diem mercurij proximam, Gunterus Comes senior intra urbem Arnstadt, ad manus nostras traderet novem millia florenorum, et nos nomine uxoris nostrae omnibus quae per contractus Wimarienses, Annis Domini 1525, et 38. transactos renunciaremus.

Eadem conscriptae sunt literae renunciationis, et ut vocant quitanciarum. Item dimissionis tutorum.

Eadem Dominus Albertus 19 partem psalmi 119 exposuit nimirum hanc: Iustus es Domine et iusta iudicia tua. Docuit quod solum Dei verbum ex omni parte rectum sit, et quae sit iusticia coram Deo valens. Item quam serio Deus sua praecepta servari praeceperit, scilicet sub perditionem corporis et animae. Item de zelo piorum et hanc octoadem esse comparationem regni Christi et diaboli, per anthitosin monstravit. Item de differentia zelus et irae. Item quod verbum Domini sit dilucidum, non socratica aut platonica doctrina, sed doctrina salutis, nullis involucris insipidae humanae sapientiae involvenda, nec aliam quam eandem et perpetuam ecclesiae per spiritum sanctum edoctae interpretationem admittere. Item quam utile et iucundum sit hoc verbum amplecti in hoc noctu diuque meditari idipsum observare, Item quod quanquam amplectentes hoc verbum a mundo contemptui, et per exigui pretij habeant, tamen si verbo fideliter adhaereant eo se consolantes ac spe leti in Deo vivunt, nec ob tentationem procellas sermonum Domini sui obliviscantur, illis non humano sensu aestimando et corporis et animi emolumenta hinc contingere, item rursus de vera illa iusticia ea scilicet qua nos Deus pater per mediatorem Christum iustos reputat, et ea qua Deus iustus iudex cuius sententiam nihil creatorum effugere potest, persecutores veritatis et ἄθεος illos homi

~~nus~~ homines et iudicat et punit, hic disseruit. Atq; hic digressionem fecit ad nostra haec tempora hos tyrannos, qui verbum Domini ad suam Lesbiam Regulam aptari volunt. Interim sibi cum suis interimistis belli et suis operibus iusti haberi cupiunt. Item quod lex Domini sit veritas. Nos autem et omnia nostra mendacium. Item quam magnum quidem sit, in ipsa calamitate et periculis, praesente persecutore in mandatis divinis delectari, et a verbo eius deviare nolle. Tum enim eam mansuram spem, qua et nos nitamur. Iusticiam mandatorum Dei esse stabilem et perpetuam. Et si sic erudiamur a Domino, vivemus.

orat. Erudi nos o Domine, et in iusticia tua et verbo tuo nos serva per ipsumet, quod pro nobis caro factus est, verbum Dominum nostrum Iesum Christum dilectum filium tuum Amen.

Eadem Domina mater nobiscum egit, ut illi suppellex quae uxori et testato debetur, ad ipsius vitam relinqueretur. Quamvis periculum subesse videretur tamen honestissimae matronae in hoc consensu Johannes Georgius Comes a Mansfelt per literas et mandata trium principum fratrum germanorum, optimi principis Johannis Friderici filiorum iussus tutelam filiarum de Schwartzburg, loco fratris sui Philippi defuncti, suscipere.

Eadem Domina mater omnem suppellectilem librariam ostendit, quae vel Docti sufficere posset. Sed quid de suppellectile Dominae libraria dicam, cum Caspar Sartor non pauca volumina classicorum Authorum de rebus fidei tractantium habeat, adeo nec omnino Amusum est Rudelstadium.

Vidimus in chartis affabre depictas nominibus etiam ascriptis, omnes arces et munitiones quas rustici anno 1524 et 25 in francia orientali vel exspoliarunt vel conflagrarunt.

Apertus hic rumor est, et nunc agricolas tumultus ciere.
A Doctore Melchiore ab Ossa accepimus, Ducem Mauritium et suas Actiones nondum INTERIM illud inire velle.
A Coena choreae ductae per nobiles aulicos Georgij Ernesti, vasa pice et crustulis ligneis referta concrementa sunt pro more Francorum, quod genus Choreaearum plus insaniae et stulticiae quam piaculi habere videtur.
14 Julij à Socru, Georgio Ernesto Eubulo Doctore Melchiore consilium habitum est, super causa Aemiliae et iunioris Gunteri.
Item ab Anastasia, Georgio Ernesto avunculo suo gratiae actae sunt, quod erga ipsam boni tutoris fide usus sit.
A Prandio Georgius Ernestus princeps comes et Dominus à Henneberg Doctor Melchior Ossa, una cum uxore et filiabus ad profectionem se paratis valedicentes sorori Catarinae et filiabus. Eubulus vero his ad duo fere miliaria ducatum praestitit se illis ad officia offerens, ac bona cuncta praecatus, Rudelstadium reversus est.
Conventum est eadem, quid de obsignatione literarum fieret, et quid ulterius in Arnstadt agendum foret. Fecit et Eubulus per Lazarum argentarium in Arnstadt Sigillum, in usum etc parari.
Vidua quaedam, nomine Die Fortschen in Ginaeceo Rudelstadensi, dum apud Caeteras nymphas in eodem Cubiculo dormitaret ac eam, Sathan nocte nescio quo spectro, vel terriculamentis tentaret, mulier haec nihil impurissimi huius spiritus phantasmatis mota, spiritui: omnis spiritus bonus laudat Dominum; respondit ad hoc phantasma illud ait:

T

Et ego quoque mulier igitur animosa fide, nequitias ipsius intelligens ait; moysen habemus et propitias, insuper christum nihil nobis rei cum mortuis spectris est; Et en dicto otius. Quicquid illud erat cum magno eiulatu et pudore discessit huius mulieris fidem obtinendam non putavi.

15 Iulij Adrianum à Zertzen cum literis ad Schonstadium et Hermann Nellium in patria remisimus.

Lucas auriga taleros octo in itinere insumpsit.

Dedimus Aemiliae et Annae mariae sororibus exoris singulis coronatos tres in annulos et Friderico nepoti nostro à Hoia florenos duos.

Vidimus inventarium post mortem soceri nostri piae memoriae per Notarium iussu Iohannis Friderici Ducis Saxoniae et Electoris fideliter conscriptum, continentem quicquid suppellectilis in arce Arnstadt et caeteris alijs aliquot post se reliquerat.

Eadem Draco ex Epistola ad Romanos capite 6. concionatus est super haec verba: Quemadmodum praebuistis membra vestra serva immundicie et iniquitati etc. usque ad finem istius capitis. Deinde recitavit Evangelium ex Cap: 8 Marci scilicet in diebus illis, cum turba admodum multa esset, et reliqua. Iussit autem potissimum in hoc Evangelio considerari fructum turbae sequentium christum et tam longinquo multa habita ratione victus, et quod ijs quae se ita christo permittunt nihil deerit. Item de gemina christi erga suos misericordia etc. Item quod ex hoc Evangelio remedium contra

nimiam victus sollicitudinem, ventris curam, et foedam avaritiam, caperemus. Passim in hoc exempla sanctorum ex scriptura adducens, et omnem lectionem Evangelij in doctrinas septe divisit. Ac singulas doctrinas suo ordine diligentissime ob oculos posuit.

A Concione non exspectato prandio assumpsimus Christophorum Eirer, fratres galacteos et Coman, et consensis equis recta Blanchenburge petimus, cui nomen der Sidberg olim mineris argenti famosum, nemusculum quoque der Eger walt ac tandem Schwartzburgam pervenimus vetustissimam arcem super abrupto montis constructam, undique iugis montium superbientem. A coeteris autem montibus Schwartz flumen, in quo arx sita est divellit, circumquoque ipsum praeterlabens. Nec patet accessum nisi unus accessus, et is salebrosus et silicibus plenus usque ad superiora arcis aedificia. Habet a primo introitu usque ad summam arcis portas quotidie reserendas quinque. Introeuntibus arcem ad dextram habitationum, est Gunteri comitis olim Henrici soceri nostri sedes Aedificijs ornata. Ad sinistram domus est Iohannis Henrici, et aedicula sacra. Iohannes Henricus iam ibidem aedificat. Mansiones utriusque comitis medium iter dividit, habet et fossata, et turrim quadratum a prima porta ad dextram etc. Nemus arcis proxime adiacens, der Schwartzburger walt vocatur. Habet et mineras ferri. Sunt et ea nemora quercubus et abietibus consita, Cervorum feraria antiquae silvae et stabula alta ferarum. Tenuerunt autem hanc arcem duo comites Coeteri in Franchenhausen et Sundershausen habitarunt. Agrum habet

satis frugum feracem, sed vineis caret, siligine
quam tritico ditior. Gunterus redditurario suas
mansiones commisit. Iohannes Henricus praefectum
nobilem et quaestorem habet, maior pars aedifici
orum Guntero cedit. Habet et puteum et fonta
tem, aquas per canales deductas. Quaestor aera
rius domum comitis sui ostendit nobis, pane, ca
seo et cerevisia nos reficiens, nam veriti, ne
forte comes suus superveniens, nos vino obrue
ret, otius Rudelstadium petimus.

Eadem Wolfgangus comes à Gleichen, audiens nos
brevi in patriam reversuros, una cum uxore
sua, quae Bohema est ex stipe Dominorum de
Thona, Rudelstadij nos invisit.

16 Iulij Circiter sextam antemeridianam, comes
Wolfgangus Salveldiam revertitur.

Eadem scripta et ratificata est transactio de
argentea suppellectile cum Domina Socru.

Est Wolfgangus et uxor eius, par coniugum, à
quibus merito omnes qui matrimonij capistro
capita dederunt, exemplum sumerent, annos cir
citer quadraginta concordes una vixerunt.
ipse uxorem iocis fovet et honesto amore pro
sequitur, illa eum ut maritum veneretur, et
ita eius curam gerit, ut famula, non uxor vide
atur, nullam concionem negligunt, et nulla dies
abijt, quin divinis agendis interfuit.

Vidimus iuxta pagum Eichfelt et intempestate aeris
flatu ventorum et impetu exundationis aquarum
plaustra aliquot silicum, per devexa montium
ita in fruges flavescentes congesta, ut fere
seges cooperta videretur. Item alibi tanta vi
arenam in salam invexit, et subitaneo motu
pisces manu praehenderent. Referente Ottone
Entzbergio.

Dum Wimariae in Arce ducali inter Dominam Soeru et Gunterum comitem super dote Anastasiae uxoris nostrae et alijs causa ventilaretur, consessus consilij talis fuit. Primas occupabant Iohannes Henricus et Iohannes Wilhelmus, nam tertius fratrum adhuc minoremus est. Post hos Bernhardus à Mylen eques, Doctor vocatus Bruge Iustus à Hain consiliarius, nobilis Wulfius à Mulich, magister domus, et iuniorum principum quasi informator nobilis, Magister Franciscus Burchardi vicecancellarius, Henricus Munch Marschalcus, et quaestor aerarius supremus, quod officium et subseniore Electore tenuit et ipse nobili genitus prosapia. Doctor Basilius, ex tutoribus Anastasiae, Georgius Ernestus avunculus ipsius solus adfuit, nam Philippus à Mansfelt è vivis excessit, Sigismundus à Holbach prae senio bis puer est. Fridericus à Wangenheim adversa valetudine laborabat. A consilijs vero et verbi Dux, Melchior ab Ossa Legum Doctor ac iudex aulicus Mauritij ducis et Gallus Briatensis erant. Ex parte Gunteri, Christophorus ab Entzenberge satrapas ab Arnstadt et Doctor Reinhardus, qui parum laudis et gratiae mentiendo, vel potius ut edoctus erat, mendacia referendo, apud principes et consiliarios ducales meritus est.

Nota de mille florenis Guntero mutuo datis ut literae demonstrant, licet Doctor (inscius arbitror huius debiti inficias iret.

Invitaverunt nos Carolus affinis noster et ite vidua in Rembd, olim Iohannis comitis à Gleichen uxor.

Eadem domina Socrus Anastasium et Eubulum in con-
cameratum sive conservatorium Rudelstadij intro-
duxit. Ubi Eubulus iussus est ex inventario in membra-
nis conscripto ex ordine legere, quae vasa deaurata
et argentea ibidem in conservatorijs asservarentur
ac singula ut recitabantur inventa sunt. Dedit autem
Socrus ex eo reconditorio in quo suppellex argentea,
ipsa socrui vel dono data, vel ex proprio post ma-
riti obitum conflata erat, Anastasiae ciatum, iusti
ponderis, medio violam referente, ac deauratum.
Eubulo verò Cantharum argenteum ex argento puro
adinstar fimbrias ligni deauratum. Eubulo verò
Cantharum argenteum ex argento puro, adinstar fimbri-
as ligni deauratum, pene sesquiquartam ut vocant ligni-
di capacem. Vestes quoque Aemiliae ad nuptias paratas
vidimus. Nemo autem hic aderat praeter socrum, uxo-
rem et nos. Acta Rudelstadij 16 die Iulij Ao 1548
Sic Deus providet suis etiam incogitantibus. Cui
sempiterna laus et gloria in secula seculorum amen.
Eadem Sigismundus à Helbach, literas renunciatio-
nis sigillo suo corroboratas remisit et nos per
Ottonem ab Entzenberg salutari iussit.
Iostus Sophi Salveldiam ad Wolfgangum comitem
est missus, et illi iniunctum, ut magistrum Caspa-
rum aquilam parochum et superintendentem in Sal-
veld secum adduceret.
Eadem aureos septem in honorarium Genicei per uxo-
rem dedimus.
Dedit nobis Socrus molossum qui in stabulo vigi-
lias ageret.
Nota undiustertius legatos Ducum Pomeraniae ite-
rum ab Augusta reversos et in Salveldia hospi-
tatos fuisse.
Sub nonam magister Casparus Aquila Augustanus

parrochus in Salveldia et superintendens ad Salam Rudelstadium venit, homo et Doctissimus et omnium horarum, praeter tamen indecentem petulantiam. Significavit nobis eadem, Comes Wulfgangus à Gleichen D. Christophorum Hosman, qui iam ad annos aliquot, illustrissimo Iohanni Friderico Electori Duci Saxoniae à concionibus sacris fuit, eius aulam etiam in captivitate secutus, ante paucos hinc dies, Caesaris iussu, Augustam reliquisse, et hac ipsa nocte in Salveldia pernoctatum. Sic autem evasisse dicitur, ut matrona honestae opera personatus ac barba in cervicem reflexa, muliebri ornatu et amictu indutus, dato illi in hoc vehiculo sic incognitus, urbem egressus sit. Nunc autem recta Wimariam ad Electoris filios, tendere dicitur.

Item fama constans est, civitates Saxoniae, et eas qui se de consortio Hanso gloriantur, rursus de redintegrando foedere sollicitos esse, se omnia facturas quae Caesar ab iis tam facultates quam corpora concernant, iubeat. Verum consideratione periculi animarum ipsas haud posse interimenti INTERIM consentire. Haec se ita habere D. Aquila quoque confirmavit.

De statu Senioris Electoris, sic se res habet. 4 Iulij proxime elapsa, hoc est die Iovis post Udalrici Caesarea Maiestas, Dominum de Grandevela cum duobus filijs et Doctorem Philippum Seldum vice Cancellarium, ad Iohannem Fridericum Electorem, Augustae in hortos mansioni suae contiguos misit, ut serio nomine Caesaris, cum ipso agerent de suscipiendo interimento illo INTERIM minis, aureos montes pollicitationum intermiscentes iuxta Christi proverbium tibijs illi praecinebat

et noluit ad eorum cytharas cantare, si eiularent
quoque lamentari noluit. Sed christianissimus prin-
ceps, hic murus aeneus erat, Dei gratia in agnitione
verbi constitisse, ac adhuc eiusdem animi, INTERIM
non suscepturi esse dicitur. Quem Deus posthac
misericordia sua corroborari et confirmari in
proposito hac sancto dignetur, nec vel minis aut
metu periculorum, nec inescatis pollicitationibus
Caesaris a recto dimoveri sinat. Sed ut cepit suam
gloriam operetur in eo ipsum confortans, conso-
lans ac fovens propter Iesum Christum Domi-
num nostrum amen.

Certum est ex templo post hanc Caesaris ad electo-
rem legationem, Hoffmanno ut eo qui calcar Ele-
ctori sponte currenti adderet iniunctum esse,
ut Augusta discedat, et quanquam, nescio ob quorum
intercessionem octidui tempus, ne de repentina
fuga conqueri posset illi concessum esset, tamen
sic Cerberi canis dentes mirare vidit, ut nihil
spatij de fuga cogitandi illi relinqueretur, sed con-
sultius fore expertus sit, ne semihoram quidem
moram facere. Sed haec fortuna ut pijs non est
nova, ita et huic bono viro non soli contigit.

Optimus autem Dux Elector Saxoniae, et si illi
non fieret facultas et animi et corporis ipsius
amicum alloquitur, tamen ipsum, ut vere nunc de
tam opulento principi potest dici in paupertatu-
la sua viginti sex taleros in viaticum misit.

Inter caetera quae princeps Elector Caesareanis
ministris respondit, haec intermiscuisse dicitur.
Se nolle suo exemplo tot millia animarum per-
dere, potissimum quod certe persuasum habeat, si
vel cunctas mundi opes nancisci posset se tamen
ad summum hanc miseram vitam ad annos quatuor

trahere non posse, nec esse quod amissis ditionibus et honore coram mundo corpori agnita veritate neglecta obfluxas divitias humanas velit

D. Casparus Aquila de multis nobiscum contulit et nos sua catechesi, quam ad Theodoricum à Brandenstein scripsit, virum, teste Aquila, singularis pietatis donavit.

Eadem inter Barones de Reussen ob climites et lapides terminales dieta indicta erat, coram commissario Theodorico à Carlewitz.

A Coena rogatu senatus Rudelstadij in urbe in domo senatoria et choreae ductae sunt et repotia habita.

Orat. Domine Deus cuius brachium ne pilo quidem in omnibus mirabilibus tuis, à sempiternis seculis diminutum est, exsurge et exere brachium tuum fortissimum, et qui potuisti servum tuum Danielem in specu leonum, imo Iesum Christum dilectum filium tuum in medio malitiae Aegipti, servare, recordare iuxta bonitatem tuam magna Iohannis Friderici servi tui, ut aliquando iuxta voluntatem tuam te cum electis omnibus laudare, et te conservatorem suum confiteri possit. id te rogamus per Iesum Christum Amen.

17 Iulij circiter quartam antemeridianam, venit Casparus Coman ostium cubiculi nostri pulsans, literas deferens quas Burchardus nuncius noster ante crepusculum diei apportarat è comitatu nostro ab Hermanno Nellio scriptas. Alteras item à Melchiore Lindio ex Augusta conscriptas. Exemplar quoque literarum absolutionis.

Eadem D. Casparum Aquilam donavimus scripto Philippi Melanchtonis super INTERIM.

Tricesima Iunij Comitijs Augustanis postrema manus im-
posita est et senatui consulta Caesaris et statuum impe-
rij publice perlecta.

Augustae usque ad id temporis nihil vel in religione vel
in caeremonijs in templo Mauritij immutatum est ~~et~~
~~senatui consulta~~

Eadem Doctor Albertus Draco decimam octavam
partem psalmi 119 exposuit dicens: eam esse formam
orandi et exemplar vere pij viri ut nuper loqui ce-
perit et preterea hoc octoade vateri, quomodo ora-
tio et vita esset instituenda, dum quasi suspensi spe
inter mundi tam miserias quam illecebras et vitam
illam beatam versamur. Divisit et octonarium hunc
in varias pareneses et doctrinas, ita ut ne syllaba-
bam aliquam, ut ita dicam horum verborum inexcus-
sam relinqueret. Primo autem ait: hic ecclesiam
vel prophetam Ecclesiae nomine ex intimo cordis
orare et clamare, ut illi praecepta Dei servare done-
tur, nam nostris viribus nihil efficitur. Et haec fe-
re in primo et secundo versu. Dixit quoque quidhic
vel tempus crepusculi vel matutinum significare
Et quid sit sperare in verbo Domini item quam si
res frugi matutina et ieiuna oratio, et quod ebri-
osi haben kein andacht sondern ohnmacht. Item quomo-
do pia mens de se et suis omnibus desperans solam
Dei misericordiam respiciat, et Dei iusticia revo-
cillari cupiat. Item quanto intervallo Tyranni et
impij a divinis statutis absint, sibi ipsis suis tra-
ditionibus applaudentes, persecutorum autem malitia
nobis ansam et necessitatem orandi praebere. Item
quod Deus omnibus eum invocantibus prope sit, et
quod praecepta Dei nihil sint, quam ipsa veritas, bo-
na quoque haec spes insinu omnium Christi fidelium
reposita sit quod Dominus testimonia sua in aeterno
fundaverit.

Eadem ex familia quam Rudelstadij habebamus Col-
lectam corrasimus uxor et ego caeterorum inopia
subvenientes, quo essent initia thesauri qui congre-
gandus erat in usum pauperum.

A prandio D. Aquila petita a Domina Socrus et nobis,
venia Salveldiam reversus est.

Nota proximo bello Casparum aquilam in arcem Schwo-
rtburg avolasse, quod se parvam aquilam verbo Do-
mi, magnas illas aquilas superaret vincere posse,
scripsisset quamobrem per omnes et domos et late-
bras et in ipsis turrium pinnaculis quaesitus est ab
iberis istis.

Colloquutus est nobiscum idem aquila de libello, quem
de utroque vel duplici timore Dei de filiali et
servili habendo, prae manibus habet.

Eadem Gallum Barrater et Iohannem Galacteum
praemisimus Arnstadium ad recupiendas pecunias.

Nota de controversijs inter aquilam et venatores
ducales.

Domina Socrus Matronas honestiores urbis Rudel-
stadt, in arcem ad coenam vocavit.

A Coena choreae et repotia, post repotia rursum
choreae habitae sunt. Omnia tum ea decore ut
honestas matronas et virgines decet, peracta sunt
Adfuerunt et Albertus Draco et Laurentius et Leo-
nardus, Telonens et alij.

18 Iulij Iohannes Osmundus talerum sibi dari petiit,
et stabulario socrus aureum quoque nummum dedimus.

Eadem compositis Sarcinis Deo auspice iter Rembdam
versus, ibidem pransuri atque Arnstadij pernoctaturi
arripere statuimus. Primo autem aedes Alberti petentes

cum eo de rebus serijs contulimus, qui nos in arcem concomitatus ientaculum nobiscum sumpsit. A ientaculo idem Albertus, ut prosperum iter et caetera felicia nobis eveniret a Deo patre per Christum precatus est. Ac invicem nos valediximus.

Deinde Annae mariam et Fridericum de Hoia cum suis familijs valedicentes equos conscendimus.

Deduxit autem nos Domina Socrus cum duabus filiabus et nymphis suis.

Sub decimam antepomeridianam Rembdam venimus.

Est autem Remda castrum et oppidulum sedes Iohannis comitis a Gleichen. Qui e vivis excedens, uxore eadem ex stirpe comitum de Gleichen, sororem Iohannis ex stirpe de Gleichen, et Domini in Thun qui et ipse iam diem clausit extremum, cum unico filio viduam superstitem reliquit. Haec igitur mulier non una naturae dote veneranda, nos amicissime excepit, prandioque affecit.

Aderant et tum temporis apud ipsam vidua de Wildenfels et filia eius, soror mariti Dominae in Rembda uxor vero Domini quondam a Wildenfels cui nomen Anarch.

Habitat et in Rembda altera vidua uxor quondam Eckhardi comitis a Gleichen tres filios habens quorum et Dominium et possessio est.

Tertia tantum pars urbis Rembdae et per exigui redditus, stirps comitum a Gleichen in tres propagationes et mansiones quoque divisa est, scilicet in Gleichen, Rembda, Blanckenham, licet plures arces possideant et est stirps satis foecunda utriusque sexus liberis.

Veniam tandem a Domina de Rembd precati, Arnstadiam urbem patriam Anastasiae uxoris quae ibidem in arce progenita est recta petimus.

Transeuntes pagos aliquot inter quos insigniores erant Witzleben sedes nobilium eiusdem nominis et Martels-hausen in quo et habitatio est eorum de Witzleben.

Arnstadium verò sub octavam noctis intramus.

Ibidem in Pharmacopolio ad forum magistrum Georgium Zorn den Distelierer conspecti. Maluisset quidem Domina socrus honoris ergo in arce pernoctare, praefectus autem arcis in aedibus Sigismundi à Witzleben quaestoris aerarij hospitia disponere curaverat, Cum primum igitur deo creati essemus, Gallum Barreter accersiri iussimus, sciscitantes quid de pecunia actum esset. Et edocti sumus, ipsum et Galacteum à Senatu Arnstadensi quatuor decies centum florenos recepisse in grossis saxonicis Schreckenberger, Spitzgross und Dreilinger. Sed reliquam pecuniam in taleris à Sigismundo à Witzleben. Nec quenquam ex consiliarijs praeter Henricum huic actioni interfuisse.

Consiliarij comitis Gunteri nobis vini veteris et novi cantharos quindecim propinarunt, et variolos pisces quindecim, quos ipsi iuxta linguam gentilitiam suam eni mondel forken nominabat.

Consilium visum fuit in alterum diem Gottam proficisci. sed ob negotiorum molem et decimanus dies tulij hic terendus erat.

Risu non indignum duco quod Anastasiola filia Sigismundi hospitis nostri, cui ab uxore nostra id nominis ad baptismatis fontes inditum. viderat patrem sollicitum de re culinaria et dicentem, utinam nunc ferina nobis esset ut tantos Dominos et amicos pro dignitate excipere possem filiola patris sollicitudinem considerans ait: Quid mi pater cur est quod ita de ferina aestuas, cum mihi super sit sanctus noster, vel hunc

confice et para obsonium in adventum susceptricis meae Dominae Anastasiae. Pater arridens, probe mones charissima filiola inquit. Saurum tuum in aliud tempus servabimus.

19 Julij literae renunciationis in Arnstadt sigillatae sunt. Nam Lazarus Aurifaber ex aere nobis ibidem sigillum exsculpserat, cui pro opera sua florenum aureum. Nam sic inter nos conventum erat dedimus.

Eadem in templo Bonifacij concionem sacram audivimus, ex Epistola ad Galatas. Inter caetera Ecclesiastes propalam de fraude Caroli in Johannem Friderico Electorem et quid papistici praeceres simulassent, et quid nunc ab omnibus agere viderentur.

Redditum est nobis eadem Chirographum, quod Dominae socrui super mille florenos ante hac dederamus.

Emimus ibidem piliola pellicea duo in usum concionatorum nostrorum in Corbach et Conradi coci.

Domina socrus nobilibus, nostri famulitij singulis indusium lineum colle tenus arte phrigia depictum et singulis servis nummum aureum dono dedit.

Eadem in Arnstadt in Coenobio quondam virginum vestalium ad sanctam Mariam dictum introeuntes templum ad levam chori, vidimus saxum ad murum erectum e regione sepulchri, in quo comes Henricus ad vivum excisus est. A fronte habens insignia Clivensia et Honstein ad pedes galeam. a tergo insignia Schwartzburg et Mansfelt fronte tenus quasi in tabella scriptum hoc: obijt aetatis suae quadragesimo suae regiminis septimo. In quadrangulo eiusdem saxi haec habentur. Am tag Henrici den 12 Julij ao 1538 Ist Herr Henrich Graff zu Schwartzburge Herr zu Arnstadt und Sunderschausen in Gott seliglich verschieden, dem Gott genadt. Obijt autem in castro Arnstadt.

Est et Sarcophagum ibidem ex lapide celato referens cor-
pora par coniugum de Schwartzburg a cuius frontispiti-
um scriptum est. Sepultura comitum et Dominorum in
Schwartzburg.

Christophorus ab Entzenberg et Schneidewindt Licenciatus,
literas recipere nolebant, eo quod Amanuensis manu lapsus
aliqua eraserat, in eundem locum secundo scribens, ac de hac
re multum diuq altercatum inter nos est, et praesertim
quod literae sigillis et manuum subscriptione Domini Geor-
gij Ernesti à Henneberg, Sigismundi à Holbach, Friderici
à Wangenhaim, ac nostri et uxoris corroboratae essent.
Tandem conventum, ut illi pecuniam nobis annumerent, nos
inter menses duos alias literas emendatius descriptas Arns-
stadium missuros.

Simoni aerario in Rudelstadt, qui et ipse cum Domina So-
cru Arnstadij erat, quod literas nonnullas nobis descripsis-
set talerum dedimus.

Sigismundus Witzleben gratis omnia quae apud eundem
insumpseramus, dedit. Praeterea se nobis ad officia obtulit,
aegre admittens, ut eo die isthaec abiremus.

Dedimus uxori Sigismundi aureos duos, et singulis
pueris ipsius florenum aureum, erant autem quinq nu-
mero.

Sicq recaptis sesqui novem millibus aureis quorum
mille Annae Mariae debebantur, et ibidem quoq à no-
bis dabantur, duo millia Domina Socrus recepit. Nam
haec in negotia citationis, Absolutionis profectionis Au-
gustanae et nescio in quas Plutonis Mystas impensa
erant. Item Dominae Socrui quadringentas aureas
pro sumptu in dietis et alijs rebus dedimus. Et ne hos
recipere abnueret, clam eam pecuniam subter pal-
lium ea inscia in cuiusculo ipsius posuimus, nec arbitror
eam nisi post abitum nostrum reperijsse. Atq singulis
dispositis, matronis quae venerant Anastasiam invisere
valediximus. Sed tamen humanitate et precibus earum

victi paulisper ad repotia consedimus. Et una ex his mulier-
culis, quae quondam ab avo uxoris nostrae et Westphalia
eo adducta erat, et illi servivit, in rebus minus honestis
nunc ad Dominum conversa agnita Evangelij veritate
lachrijmis undique obortis, Eubulum obnixe hortabatur ut
cum uxore in confessione Christi perstare velim.

Gunterus comes vel sui Anastasiae ne dicam nostri velut
Megarensium nullam rationem habuerunt, nec sodalitate
nec affatu quidem dignantes.

Dum uxor a Domina matre divellenda esset, iuxta Salamonis
sententiam: extrema gaudij luctus occupat, nec ego hic ad-
modum fervens, vix enim socrui et caeteris prae moero-
re, ut decebat gratias agere poteram. At tandem utrin-
que nos Deo committentes, ego cum familia mea prius ab eo
nam socrui ibidem adhuc negotia aliqua erant, quae fere
sub noctem cum filia Amilia Cranichfeldam ad Walpur-
gim sororem suam abijt.

Gotham sub septimam noctis pervenimus, hospitati in
fumoso et rustico hospitio.

20 Iulij Gothae in coenobio Augustinensium quendam, qui
olim eiusdem coenobij monachus fuerat ex cap: 17 actorum
audivimus de profectione d. Pauli et Silae ex Philippis
in Tessalonicen et quae sit fortuna profidentium verita-
tem, et quae fuerit constantia Pauli, qui nec vel ob pla-
gas vel iniurias Philippis acceptas a recto discedere,
aut predicationem Evangelij relinquere voluerit. Item
quibus de rebus et quanti momenti ea fuerint, quae Paulus
apud Tessalonicenses locutus sit. Item quod duae res Iudaeis
obstiterint, quominus fidem christi acceptare potuerint
una quod neglecto christo, per opera legis et sua sedu-
litate et meritis se posse salvari, sibi ipsis persuasum
haberent. Altera qui verus erat et est messias Dominus
et Rex inferni, mortis et diaboli pro nobis devicti regnum
terrenum quaesierunt. Et hic nostra tempora ad praete-
rita Iudaeorum contulit. Conquaerebatque quoque, nostros
adversarios, quam longissime a Tessalonicensium exempto

abesse, cum isti vi, quae ipsis pulchra videntur nobis obtrude-
re satagunt. Tessalonicenses vero scrutandis scripturis, an
haecita se haberent, quae a praeconibus veritatis audiverant
veritati assenserint. etc. Nec oblitus fuit tum et honestam
mentionem et debitam intercessionem pro gloriosissimo Io-
hanni Friderico Electore facere.

Deinde sumpto Ientaculo Creutzbergam tendimus. Sub se-
cundam pomeridianam eo pervenientes.

Comperti sumus Iodocum Schonbergum Corbachianum, nup-
tias in nostro hospitio habuisse ac viduam mercatoris ibidem
in Creutzberg duxisse. Ipsi quoque hunc hominem et vidimus
et nonnulla ab eo emimus.

A Coena in hortos suos Werrae fluminis adiacentes et
vinetis arboribus mali et cerasi undique consitos hospes
uxorem nostram et nos caeteros deduxit.

Urnas octo mensurae Creutzbergensis, cum vase eius quod
illi provenit, vini pro novem taleris minus quindecim
batzis emimus.

Hospitati sumus Creutzbergae apud consolem Iohannem homi-
nem frugi, qui cum uxore omnibus bonis bene velit.

21 Iulij Creutzbergam linquentes in Cappel pransi sumus
et ibidem Iohannem nobis a pedibus Waldeciam praemisimus

A Prandio Bischusen arcem nobilium a Boneberg et alias
arces ac pagos praetereuntes, sub septimam noctis span-
genbergam veterem Divae Elisabethae sedem, intramus.

Cum paulo ante adventum nostrum Rudolphus Schenck
locum tenens et vicarius Hessorum principis, cassiliam
hinc abiens petierat.

Adfuerat ibidem Principis nostri chirurgus Paulus nomi-
ne, verum is nihil de statu rerum principis indicare
voluerat, dicens: se iuramento silentio astrictum esse.

22 Iulij precati sumus magistrum Christophorum
Greiff, ut ea die nam Dominica erat, verbo Domini

nos pascere dignaretur, qui sub quartam postquam illuc esse-
rat, ad hospitium nostrum venit, ibidem in inferiori hiber-
naculo, prius invocato divini numinis auxilio, legit textum
Evangelij Math: 7. Cavete vobis à Pseudoprophetis, qui
veniunt ad vos in vestimentis ovium etc. Et textus enar-
rationem prosecutus est. Et quanquam prima, ut apparebat
facie longius à texto digredi videretur, tamen ita con-
cionatus est, ut se et prolixè et breviter dicere posse
ostenderet, nec pietatis et literarum ignarus haberi pos-
set. Christianè et docte religionem nostram contra Pa-
pam, quem monachum italicum et idolum, stantem in loco
abominationis appellitabat. Et de INTERIM illo ita loque-
batur, ut illud facilè quale sit dinoscere doceret.
Adijciens hoc Epiphonema: nullius esse in potestate cre-
aturae novos articulos fidei vel condere vel conditos
immutare. Nam Christus Apostolos ipsos voluit testes
et doctores eorum esse, quae ab ipso Domino audive-
rant et ipse eos docuerat, non novarum legum condi-
tores. Insuper digito demonstravit, qui hi essent lu-
pi rapaces, quae bonae arbores ac qui malarum fructus.
Item quod sola fide in Christum salvaremur. Item
quam sinistrè papistae infernalis Draconis squamae
fidem hanc interpretarentur. Denique sive antea sive
postea sive interim quid contra scripturam et ve-
ram religionem Sathanae venatici canes molirentur
non ipsos fide et gratia Christi obfirmantes patienter
omnia Christi nomine perferemus, certi nos etiam de-
nuo et his victis apud Christum Dominum nostrum
triumphatores existere, modo in eius confessione
persistemus. Quod nobis et largiri et nos conservare
dignetur Christus Iesus Amen.
Eundem donavimus scripto Philippi Melanchtonis
quid illi videretur de interimente INTERIM et pe-
cuniam ad locupletendam suppellectilem librorum
impartiti sumus.

A concione ientaculum sumpsimus, ac in Uhar in transitu 191
cibos parari iussimus, pro muliebri comitatu: Hos tamen
primum iuxta pagum Harlem ad oram Schwalbae fluminis
insumpsimus. Inde recta Waldeciam petentes circiter quar-
tam pomeridianam Arcem patriam intramus. Ubi nos com-
pater noster comes Samuel excepit, qui et nobiscum coe-
natus est.
Waldeciae neminem praeter Honfets et conradum cocum
cum familia qua ibi esse consuevit reperijmus.
Itaque 5 Aprilis a Waldeck tristes et anxij profecti, non
conscientia sed malorum delationibus moti iuxta psalmistae
verba: Euntes flevimus mittentes semina nostra vice-
sima secunda julij revertes sani et integri cum charis-
sima uxore, letantes ad eandem arcem venimus portan-
tes manipulos nostros.
orat Benedictus igitur sit Deus pater Coelestis qui nos de
manu potentis et omni expectatione inimicorum eri-
puit et is modo misericorditer dignetur donare. Ut
vocationi meae sanctae, si divina sic sua fert voluntas
inservire, ac sui sacro sancti nominis subditorum pro
vectum et uxoris ac liberorum meamque salutem. Idque per
eum qui nobis sibi precioso sanguine suo mercatus est Je-
sum christum Dominum nostrum amen.
orat: Domine Deus da nobis quod antea, quid interim, aut post
hac mortalis vanus statuit, statuetve facere; sed quod
ille nos edocuit, super quem in Iordane Spiritus tuus
bonus visus est, et quem unum patria voce nos audire
praecepisti Amen.
Cum Iohannes Nellius amanuensis noster 24 Febru-
arij Anno etc 49 Itinerario huic postremam manum
imposuisset, postridie eius diei. Philippus Iohannes et
Franciscus comites in Waldeck fratres nostri eodem
genitore nobiscum sati primum Dotalitia uxoris nos-
trae Anastasiae (licet malevoli, et quibus concordia
fratrum non lucrosa futura timebatur in tertium

usq annum huic negotio obstiterint) et suis singraphis
et sigillis confirmarunt, quapropter et ego expertus, non
confundi quicunq exspectavit Dominum, patrem Domini
et liberatoris nostri Iesu christi, cum filio suo dilecti ssi-
mo et spiritu sancto confiteor, laudo et benedico in cuncta
secula seculorum amen. Actum Corbachi in Archivoli-
terario nostro in praesentia mei Eubuli et Hermani ac
Iohannis Nelliorum, germanorum fratrum, dum Ro-
manensis cohors sathanae, percitus interitum intentans
INTERIM remis velisq huic oppido invehere conatur.
Quod prohibeat is qui caput serpentis iam dudum con-
trivit, mundum hunc devicit, idem quoq suam Ecclesiam
et in his regionibus contra Satanae squamas et pa-
pales strophas in sana doctrina et conservare et
spiritu suo bono regere cum Deo patre regnans,
dignetur, cui cursus omnis sit honor laus et gloria
Amen.

Pietate doctrina praestantissimus medicus Doctor Bur-
hardus Mithobius à longe prospiciens quantum malorum
mare Reipub: christianae vere piorum ac Doctorum
virorum mors invehat. Qui a benignissimo Deo
patrem tanquam filij dilecti et illi charissimi à fa-
cie malitiae è hoc mundo tolluntur, ne videant ca-
lamitates et miserias, quas ingratitudo et enormia
scelera nostra in nos accersent. haec ad nos è Cassilia
12 Aprilis Anno 1549 perscripsit. Vitus Theodorus
sabbato post oculi vram universae carnis ingressus
et Doctor Crucigerus Wittenbergae obijt etc.
Parce oro parce populo tuo ò Domine Deus.

Anno Salutiferae redemptionis nostrae sesquimillesi-
mo quadragesimo nono, in nundinis autumnalibus Fran-
cofurti ad moenum, vicesima septembris per Iohan-
nem Nellium, nobis à Secretis et Adrianum à Zertzen-
nothum praefectum arcis nostrae Waldeck, Receptori

seu quaestori aerario Imperatoriae Maiestatis per inferiores
germanias Wolff haller ab Hallerstein, quatuor millia flore-
norum nostro nomine numerarunt, nam hic erat ultimus termi-
nus octo millium florenorum solvendi quos Caesari Carolo
quinto in multam (si Dis placet) in Augusta vindelicorum
Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo
Vicesima prima Iunij nos daturos stipulati eramus, sicque
magno nostro nostrorumque licet dispendio, ut id quod eadem
ipsa die scripserim, scilicet; qui dedit vitam dabit et
pecuniam, adimpletum sit, sperantes igitur ulterius bona
de manu Domini. Cuius benedictio sola divites facit.
Deum patrem Coelestem cum filio eius benedicto Do-
mino et redemptori nostro Iesu Christo, una et sancto
Spiritu laudamus et benedicimus in secula seculorum.
Pecuniae autem supradictae primus solvendae terminus
nobis ad nundinas Francofurdianas, Anni Domini mil-
lesimi quingentesimi quadragesimi octavi indictus erat
et alter ad nundinas autumnales huius Anni. Ne autem
a posteris incusaremur tantam pecuniarum vim ni-
mirum octo haec millia et duo millia quae in comitijs
Augustanis et alias in hac re insumpta, nec non quae prae-
terea huius corrodendae pecuniae gratia expensa sunt
in helluationes, veneres, aut aleam insumpsisse,
hic asscribi placuit, quod prima summa, scilicet quatuor
millia florenorum maiore ex parte, ex dote uxoria
fuerit, posterior non nisi quindecies centum ex subdi-
tis huius regionis contributa sint; reliqua omnis mu-
tuo et cum redditiuum meorum oppignoratione contrac-
ta est. Quanquam aes alienum longe census nostros
annuos superet. Exemplar autem literarum ut vocant
Quitantiarum ad archiva senatus corbacensis reponi
iussimus. Testes autem huius tragoedij habemus De-
um verum et vivum, qui nec fallit nec falli potest
conscientiam laetam et eandem multorum piorum

virorum, hoc miserrimo aevo communem fortunam si-
gnatum Waldeck die lunae post Mathei.

Nona die Ianuarij Anno Christi
1553 Waldeck

Mirabilis scientia tua Deus, mirabilis et omnia po-
tens in altis Dominus solus sapiens, iustus et bonus,
et vere nullius, quantumvis in speciem pij regis vel
magistratus sceptrum vectum est, praeter unius sem-
piterni et a patre caelesti, super Sion montem san-
ctum suum, ab aeterno constituti regis, virga recti-
tudinis, virga regni sui. Hinc experimur proceres re-
ligionis nostrae Iohannem Fridericum Electorem, pro-
ditione suorum in manus hostium captivum devenis-
se, Henricum Ottonem vi oppressum, et regionibus
suis exutum fuisse, Philippum ut suis exterminium
ditionum, atque facultatem caveret sua sponte in custo-
diam minime liberam, se ipsum obtulisse. Et posteaque
hi, quorum mentio hic facta est, immensa Dei bonitate
qui suos in finem (ut cum Davide loquar) non dere-
linquit, hilariori illos arridente fortuna, terris suis
redditi sunt, En, vetus ille noster adversarius, qui
Leonis instar rugientis, quaerens quem devoret, circum-
it, Albertum, cuius nomen ob pietatis, et eximiarum vir-
tutum laudem, quae non aliter ac parietaria herba vi-
vit, multorum libris praefixum est, in errorem induxit.
Discamus igitur Domino servire et exultare ei cum
tremore. Et non in nostris consiliis et domini donis
quibus abutimur neglecto datore Deo, sed de eo de quo in
capite libri scriptum est, virga rectitudinis virga re-
gni tui, fidem et spem omnem collocare. Superante
nobis Christo auspice, in his tantis malis haec spes est
quod impij et tyranni, imo vasa irae. Tolluntur in altum
ut lapsu graviore ruant nihilque Dei sui bonitatem
orantes aeternum aeterne intereant. Pij vero et fideles
ex alto ruunt, ut in semetipsos descendentes, agnitis pec-
catis, et arrepta misericordia per fidem, in Christo

pacificatore resurgant. Hoc ipsum Alberto nobisq; omnibus benignissimus pater Domini nostri Iesu christi, ob eum quem pro nobis victimam esse voluit, in remissionem peccatorum, per spiritum sanctum suum ad nominis sui sancti gloriam donare dignetur. Cui cum eodem filio et sancto spiritu omnis laus honor et gloria in seculum seculi.

Eodem igitur nono Ianuarij die illustres Principes Wilhelmus et Georgius Ernestus, pater filiusq; comites ac Domini à Henneberg, strenuum virum Sebastianum à Wirtzenhagen, suis literis (ut vocant) credentiarum in hoc ad nos datis, huc Waldegam miserunt, qui primo nos de benignitate et optimo affectu principum suorum erga nos, cum officiorum propensa voluntate commonefaciens. Deinde retulit, Dominos suos illi praesentes, literas illustrissimi et optimi, Iohannis Friderici Ducis Saxoniae Electoris nati, Landgraviae Thuringiae et Marchionis Misniae, ad ipsos datas, nobis exhibendas legendosq; iniunxisse, addita nomine Dominorum suorum petitione ut his perlectis et pensitatis, tanto principi, in tam honesto et pio eius instituto, morem gerere, non detrectaremus, praesertim cum id nobis et honori et commodo cederet, id ambos suos principes obnixè deprecari, nè vel unam hanc precationem abnueremus, se vicissim nobis et corpore et bonis omnia grata officia praestituros.

Haec à dicto Sebastiano, qua decet reverentia et amica voluntate nomine dominorum suorum accepimus, respondentes negotium hoc eiusmodi esse ut deliberatione opus habeat, qua habita, nos latius quid Dominis nostris nostro nomine referre deberet, ubi unum aut alterum diem hic quieverit, indicare velle.

Exemplar literarum illustrissimi principis Iohannis Friderici Electoris Saxoniae.

Unser freundtliche dienst zuvor Hochgeborner Lieber
Oheim, Nachdem E. L. ohn zweifel wissen, was für Ir-
thumb Andreas Osiander, welcher nunmehr verstorben,
mit seiner verführischen lehre, in dem Hertzogthumb
Preussen, erreget und angerichtet, unseren freundlichen
lieben Oheimen darin auch wie wir berichtet den
Hertzogen von Preussen, als einen alten verstendigen
und weisen fursten, inglichnuß geleitet und gefüh-
ret hatt, und wiewol uff seiner liebe bitten und
ansuchen, unsere furnehme Theologen, darinnen Ihr
Christliche und in Göttlicher schrifft ergründete be-
dencken, auch so viel angezeiget und dargethane
daß gedachtes Osianders meinung, irrig und ver-
führisch, welche bedencken auch E. L. hiebevor seint
zugeschickt worden, so kompt uns doch für, daß E. L.
derselben ungeachtet, deß Osianders Irthumb anhengig
sein, dadurch dan in Preussen, götlichem reinen wort
und dem heiligen Evangelio, auch den angerichten Christ-
lichen Kirchen, desgleichen vielen gottseligen, grosse wie-
derwertigkeit, zerrüttung und ergernuß, entstehen,
und erfolgen möchte, welches wir nicht gern hören,
gönnen auch solches, zuvorderst gemelten Hertzogen und
E. L. landtschafft gar nicht, dan da es dergestalt, len-
ger stehen und bleiben solte, ist leichtlich zuerachten wo-
hin es endtlich gedeien und gelangen möchte, dafür
aber der Almechtige Gott gnediglich sein, und dassel-
be mit gnaden abwenden, und verhüten wölle.

Nun wissen wir E. L. freundtlich und vertrewlich
nicht zubergen, daß viel guthertzige in Preussen
deß Hertzogen falle, und beharlichen vorsatz gantz
mitleidig, darzu der Kirchen zerrüttung, die sampt
den volck mit solchem gifft, wie die sachen itzo stehen
beschmeisset, werden zum hochsten bekümmerlich derhal-
ben bey vos gesucht und gebeten worden, furderlich

ein Stadtliche schickung, von ansehnlichen leuthen
beyde von Theologen undt sonsten, in Preussen zuthun,
ob vielleicht der Allmechtige Gott, sein gnadt verleihen
wolte, daß dadurch der Hertzog wiedergewonnen, undt
zurecht gebracht, undt berurter Irthumb ausgereutet
auch weiter Abfall vorkommen möcht werden,
Dieweil wir dan den Hertzogen mitt allen freundt-
lichen willen geneiget undt zugethan, wie auch nichts lie-
bers wolten, daß dem götlichen allein seligmachenden
wort undt Evangelio sein lauff, an dem undt andern
orthen, rein undt unverfelscht gelassen, so erkennen
wir uns schuldig, seint auch gantz willig was wir
darzu furderen undt thun mugen, solches an uns nicht
erwinden zulassen, darumb wir auch gentzlich ent-
schlossen, die schickung wie dieselbe alß vorgemelt,
von guthertzigen bedacht an seiner liebe zuthun.
Nach dem aber wie E. L. unverborgen, wir dieser
zeit mit statlichen leuthen (die doch dazu sollen gebraucht
werden) nicht versehen, so weren wir willens den
wolgebornen, unseren lieben besonderen Wolraden
Graffen zu Waldeckh, neben anderen den unseren
Theologen, zu berurter schickung, uff unseren un-
kosten zugebrauchen, weil dan E. L. bey genanten
Graffen, alß der E. L. Tochter Tochter hat, undt
alß dem Hertzogen verwandt ist, wol erhalten
undt erlangen können, sich darzu alß ein freundt
zuvermugen lassen, darzu sie dan sonder zweifel
fur sich selbst alß einem Christlichen undt gotseligen
werck, undt die freilich nicht weniger den wir, den
Hertzogen mit aller freundtschafft zugethan, undt
daß seiner liebe in dem, nach Gottes willen mocht
geholffen werden, ohne daß geneiget sein, so haben
wir nicht umbgehen mugen euch derowegen zuschrei-
ben, undt ist unser freundtlich bitt, E. L. wolle

dieses an ehegenanten Graffen von Waldeck, furterlich
gelangen lassen, und fleiß haben ihn darzu zubewegen
wie sie dan unsers versehens wol werden zuthun
wissen, und uffm falle das er sich darzu wolte ge-
brauchen lassen, so must er sich neben anderen den
unseren, furderlich uff die reist machen, wie ihm
dan von uns uff ewer wieder schreiben, zeit
und malstadt solte bestimpt werden, ewer liebe
wolten sich hierin freundtlich und unbeschwert
erzeigen, wie wir uns zu derselben freundt-
lich versehen, daß seint wir umb E. E. freundt-
lich zuverdienen geneigt. Dat: Weymar dienstags
nach dem heiligen newen jahrs tage Anno 1553.

Von Gottes gnaden Johan Friedrich der
Elter hertzog zu Sachsen und geborner
Churfurst Landtgraff in Duringen
und Margraff zu Meissen &c.

Johan Friedrich Churfurst mp ssst
Minckwitz d. ssst.

Dem hochgebornen unseren lieben
Oheimen, herren Wilhelmen Gra-
fen und herren zu Henneberg &c.

Perlectis itaq; Electoris literis, die 11. Januarij Witten-
hagio fere hoc responsi in praesentia illustris Domi-
nae Catharinae à Henneberg, comitissae in Schwartz-
burg &c. viduae Charissimae nostrae socrus, quae et ipsa
scriptis à patre et germano suis, ut calcar nobis ad-
deret, quo facilius huic profectioni assentiremus sollici-
tata fuerat, datum est, et eadem die Wittenhagio
ad suos principes iter ingressus est.

Primo quod de benignitate, amico, affectu, ex oblatis obsequijs dixit, et qua fieri potest benevolentia, in sinum illi refundamus. Praeterea quod ad literas Illustrissimi Ducis Saxoniae, nati Electoris &c. benignissimi nostri principis attinet, nos ex his optimi principis, optimum institutum summa cum legisse laetitia, moerore vero non parvo eius viri lapsum, cuius nomen literae ipsius Ducis exprimunt, nec absq; intimo animi dolore, percepisse; Nosq; gratias immortales cum debita submissione animi, non solum Duci Electori, sed et Dominis suis, patre nimirum et affine nostris observandis et charissimis agere, quod dignum me duxerint, quo in tam pia functione uterentur. Et certissime ipsis, quod pro fide et veritate mea affirmo, persuasum habeant, si non meo me modulo metiens, tali oneri imparem compiam. Nullum in tota germania esse principem, cui maiore animi alacritate, morem gerere cuperem, cuius in me meosq; beneficia, ne dicam quod ad religionem christianam attinet, mihi non ignota sunt. Insuper ut Dominis Hennenbergensibus nunciet, si qua possem ipsis praestare grata me non inlubenter facturum, verum haec tempora et praesentes domus ac regionis meae status non permittunt, ut facile pro sua principibus digna, prudentia Domini mei considerare possunt. Quae omnia sic esse principes Hennenbergenses, post hac latius et optimis rationibus edoceri et certiores fieri possunt. Omni igitur qua possim amica obtestatione et animi submissione ut Domini ab Hennenberg hanc meam excusationem non pro efficta et vana detrectatione, tam honesti negotij, sed pro necessaria et inevitabili, benigniter et amice suscipiant, et apud illustrissimum Iohannem Fridericum Ducem Saxoniae Electorem natum quam humillime depraecentur. Si qua alias ipsis Dominis tanquam patri et affini, meis observandis et amicissimis inservire queant, spero quod animum meum ex facto noverint. Ad quorum officia una cum uxore et liberis

me totum offero, et cum modo aliud non possim, cinabo et
in nostris Ecclesiis, suppresso tamen nomine pro Alberto
eorum amico, clementissimo principe nostro, oretur,
et Christus ipsum vere in sui agnitionem reducere
dignetur. Insuper rogans ne Domini existimet, filium
et sororem ipsorum illustrem Dominam Catharinam
at Hemeberg, Comitissam in Schwartzburg viduam,
charissimam nostram socrum, nihil ob eorum scripta
apud me institisse, quia omnia in quantum maternus
amor permittit, praestitit.

Suscepta igitur relatione nostra illustrissimus prin-
ceps Johannes Fridericus Dux Saxoniae, Elector, e
proxima septimana post Dominicam Laetare hujus
anni 1533, Venerandum virum D. Johannem Brentium
à Weila, verbi divini praeconem in Hala Suevorum
item Magistrum Johannem Stolsium concionatorem
suum Aulicum, et nobilem Fridericum à Wangenheim
huic legationi, et voti tam sancti compos redderetur,
piissimus Princeps, praefecit et delegavit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

G. H. HOFBIBLIOTHEK
KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard * - Euroskala Offset

gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST
BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK